

est orare? Nequaquam; et si maxime cum aguntur, fortes sunt; & admodum efficaces orationes. Nec etiam si exaudiendus non es, cessare debes ab oratione: nam oratio debetur domino & a digno, & indigno. Oravit publicanus, & exauditus est. Et quomodo etiam prius dixisset Iacobus: Orate pro inuicem, ὅπως οἰδητε, ut sanemini: si solum iustorum esset orare deum, & non etiam peccatorum qui infirmi sunt; & egerit spiritualis sanitatis. Licit enim indignus sis qui preces fundas; ille tamen dignus est quem omnis creatura precetur. Et dæmones precati sunt apud Marcū, & aliquatenus a domino exauditi sunt. Non ergo indignitatē tuam, non te ipsum: sed illius dignitatem, sed ipsum attende. Et te quantum potes imo quantum dat tibi gratiae (nam nihil ex te sine gratia potes) te ipsum precando humili. Et quicunq; sis, deum precare. Et etiam si potes, non ex te, sed ex deo deprecare, mēte spiritu dei acta. Hoc em dέκοτις εὐεγγέλου designare uidet, ut tum nihil agas, sed agaris, ut Elias, ut Eliseus, & prophetæ, & apostoli. Sed hoc fortasse rarū dei munus est. Decima monitio:

42 Fratres mei, si quis ex uobis errauerit a ueritate, & conuerterit quis eum: scire debet quoniam qui cōuerti fecerit peccatorem ab errore uiae suae, saluabit animā eius a morte, & operit multitudinem peccatorum.] Quamplurimis modis a ueritate errare possumus: sed maxime si a fide desciscimus, aut ab euangelicæ doctrinæ puritate. In qua re magnopere nitendum est, in fide & charitate fratrem liberare ab errore, quem si liberas, & ad uiam uitæ reducis, id est, gratia dei in te: non solum illum liberas, & animā eius a peccatis, a morte saluas, id est salutis causa es, sed tuam, & operis multitudinē peccatorū. Quid enim ex nobis ipsis sumus, nisi ingens pelagus peccatorum? Sic enim hoc charitatis opus in fratrem deo est acceptum. Quod quidē tam sanctæ & tam è deo acceptæ charitatis munus & officium, & nobis in alios, & alijs in nos largiri dignet C H R I S T V S dominus, totius charitatis largitor & infusor, inhabitator, & in nobis operator. Cui cum aeterno patre & spiritu sancto omnis honor, gloria, & gratiarumactio in sempiterna secula. Amen.

COMMENTARII IN EPISTOLAM IACOBI CAP.
tholicam, ad dei gloriam & honorem, finis.

EPISTOLA BEATI PETRI APOSTOLI PRIMA.

CAPUT PRIMUM.



Etrus apostolus IESV C HRIS TI, electis [aduenis] dispersio-
nis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ,
Asiae, & Bithyniæ, secundū [præ-
scientiam] dei patris [in sanctifica-
tionem] spiritus, in obedientiam

ANNOT.

Peregrinis, incolis, πρόσωποις.

Prænotio, προγνώσις.
in sanctificatione, per, επ
αγιασμῷ.

• & aspersionem sanguinis IESV C HRISTI, gra-
tia uobis & pax multiplicetur. Benedictus deus
& pater domini nostri IESV C HRISTI, qui se-
cundum misericordiam suam magnam regenerauit
nos in

nos in spem uiuam per resurrectionem I E S V
 C H R I S T I ex mortuis, in hæreditatem incorru-
 ptibilem & incontaminatam, & immarcessibilem,
 conseruatam in coelis [in uobis,] qui in [uirtute] dei
 custodimini per fidem in salutem paratam reuelari
 3 in tempore nouissimo. In quo [exultabitis] modi
 cum nunc si oportet contristari in uarijs tentationi-
 bus; ut probatio uestræ fidei multo preciosior auro
 + quod per ignem probatur, inueniatur in laudem,
 & gloriam, & honorē in reuelatione I E S V C H R I-
 S T I, quem cum non uideritis diligitis, in quē nunc
 quoq; non uidentes creditis, credentes autem [exul-
 tabitis læticia] inenarrabili & gloriſcata, reportan-
 tes finem fidei uestræ salutem animarum uestrarū.
 De qua salute exquisierūt atq; scrutati sunt prophe-
 tæ, qui de — futura [in uobis] gratia prophetaeu-
 runt, scrutantes in quod uel quale tempus significa-
 ret [in eis] spiritus C H R I S T I, & prænuncians] eas
 quæ in C H R I S T O sunt passiones, & [posteriores
 glorias,] quibus reuelatū est quia non sibi meti ipsiſis,
 [uobis] autem ministrabant ea quæ nunc nunciata
 sunt uobis per eos qui euangelizauerunt uobis + spi-
 ritu sancto misso de ccelo, [in quem] desiderant an-
 4 geli prospicere. Propter quod succincti lumbos
 mētis uestræ, sobrij, [perfecti,] sperate in eam quæ
 offertur uobis gratiam [in reuelationem] I E S V
 C H R I S T I, [quasi] filij obedientiæ non configurati
 prioribus ignorantia uestræ [desiderijs:] sed secun-
 dum eum qui uocauit uos sanctū, ut & ipsi in omni
 conuersatione sancti sitis, quoniam scriptū est: San-
 5 cti eritis, quoniam ego sanctus sum. Et si patrem
 inuocatis eum quisine acceptance personarum iudi-
 cat secundum uniuscuiusq; opus, in timore, incola-
 6 tus uestri tempore cōuerſamini. Scîetes quod nō
 corruptilibus auro uel argēto redēpti estis de uana
 uestra cōuersatione [paternæ traditionis,] sed pre-
 ciosoſ ſanguine quasi agni immaculati C H R I S T I et
 incōtaminati, præcogniti quidem ante mundi con-
 ſtitutionem, manifestati autem nouissimis temporis
 bus propter uos qui per ipsum [fideles estis in deo]
 qui uocauit eum à mortuis, & dedit ei gloriam, ut

pro uobis, ad uos, &c. ñ μᾶς
 potentia, δυνάμει.

exultatis, ἀγαλλίᾳς,

+ quod perit, et, τοῦ πολε-
 λυμένος, ήσθι.

exultatis gaudio, ἀγαλλίᾳς
 οὐ καρπός.

in uos, ad uos, &c. ñ μᾶς.

ὃ erat in eis, τὸν αὐτοῖς.
 protestans, πρετερήμαντος,
 προμαχτούσι μηνον.
 quæ post has effent glorie,
 τὰς μετὰ ταῦτα δόξας.
 uobis, ἡ μῆτρα. + in, per, εἰ.

in quæ, εἰ εἰ.

perfecte, τελείως.
 in reuelatione, per, εἰ προ-
 καλύφει, ὡς tanquam.
 cōcupiscētis, ἐπιθυμίας

à patribus tradita, πατρῷ
 παραδότος.

creditis in deum, πιστεῖον
 ταρτις θεόμ.

Cap. I. IACOBI FABRI STAPVL. COM.

7 fides uestra & spes esset in deo. [Animas uestras castificantes in obedientia charitatis,] in fragilitatis amore & [simplici] ex corde inuicē diligite [attentius:] renati nō ex semine corruptibili, sed incorruptibili per uerbum dei uiui & permanenter in æternum. Quia omnis caro, ut [foenum,] & omnis gloria eius tanquā flos foeni. Ex aruit foenum, & flos eius decidit. Verbum autē domini manet in æternum. Hoc est autem uerbum quod euangelizatum est [in uos.]

ANNOT.

Animabus uestris purificatio in obedientia ueritatis & per spiritum, τὰς τυχαὶς ὑμῶν ἡγγικότες ἐρ τῷ ὑπανοῇ φολαιδίαις διὰ πνεύματος. τ sine simulatiōe, αὐτοπόνησης πuro, καθαρᾶς. propensius, intensius, εκτενῶς. uiuum & permanens anceps, sed rectius sic, propter sequentia, ut referatur ad uerbum. gramen, χόρτος, & infra. ad uos, uobis, & ὑμᾶς.

COMMENTARIUS IN PRIMVM CAP.



PETRVS apostolus aduenas & peregrinos fideles tam ex Iudaea is, quod per id intelligitur, citra finem primi capituli huius, scientes quod nō corruptibilibus auro uel argento redempti estis de uana uestra conuersatione paternæ traditionis, quæ nimirū intelligenda est lex Moysi & patrum, quam ex gentibus, per id cap. secundo: Qui aliquando non populus dei, nunc autem populus dei, cum non consequuti misericordiam, nunc autem misericordiam consequiti. Qui sparsim habitabāt Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam & Bithyniam. de quibus in actis apostolorum legitur. Erant autem Hierosolymis habitantes Iudei, uiri religiosi ex omni natione quæ sub cœlo est. Et subditur: Parthi, et Medi, & Elamitæ, & qui habitabāt Mesopotamiam, Iudeā, & Cappadociam. Pontum, & Asiam, Phrygiam & Pamphyliam, Aegyptū, & partes Libyæ. Et subinde per acto sermone Petri, adiungitur: Et appositæ sunt in die illa animæ circiter tria milia. Ergo incolas illarum regionum hoc pacto sancte salutat Petrus:

Iohn. 6. Petrus apostolus IESV CHRISTI electis aduenis dispersionis Ponti, Galatiae, Cappadociæ, Asiae & Bithyniae secundum præscientiæ dei patris in sanctificatione spiritus, in obedientiam & aspersionem sanguinis IESV CHRISTI: gratia uobis & pax multiplicetur.] Gratiam quæ desuper est, iustitiam fidei, & pacem illam sci licet quæ exuperat omnem sensum, quæ est securitas remissionis peccatorum, salutis & hereditatis æternæ in CHRISTO & per CHRISTVM (hæc enim præstare firma fides in ipsum) illis optat per patrem, per filium, per spiritum sanctum. Per patrem, qui sua uoluntate elegit eos in prægnitione et præfinitione æterna: ut intelligent non sua uoluntate, non sua scientia ad CHRISTVM uenisse, ad quem ne mo uenit nisi pater traxerit illum, et si sua ipsorum tractui obedierit uoluntas. Per spiritum sanctum, qui sanctificauit eos, ne putent sanctificationem suam esse humanam, & operibus legis eis obuenisse. Per filium, qui aspersit eos sanguine suo (cuius baptismus est signaculum) qui sanguine testamenti æterni abluit peccata eorum, & redemit redemptione æterna ad obedientiam fidei, ut pure, sancte, & in spiritu obediāt legi CHRISTI, sancto dei euangelio: quandoquidē ad hoc ipsum nouam & spiritualem in filio dei, immo in patre, in filio, & in spiritu sancto adepti sunt regenerationem. Pro qua re Petrus apostolus magnificas deo gratias agit, erigens spem eorum ad præmia uitæ coelestis ac æternæ, dicens:

2. Benedictus deus & pater domini nostri IESV CHRISTI, qui secundum misericordiam suam magnam regenerauit nos in spem uiuā per resurrectionem IESV CHRISTI ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem, incontaminatam & inmarcessibilem

marcessibilem, conseruatam in cœlis in uobis, qui in uirtute dei custodimini per fidem, in salutem paratam reuelari in tempore nouissimo.] Hæc regeneratio se cunda natuitas nostra est in filios dei (Nam ex deo patre, & filio, & spiritu sancto nascimur) sine qua serui manemus, & ad hæreditatem summi patris, hæreditatem regni cœlestis, hæreditatem æternæ uitæ nunquam peruenire ualemus. Non enim seruus manet in domo in æternum. Sed qui per eum et in eo uere sunt liberi, quos per secundam natuitatem filius à peccati seruitute diaboli & inferni liberat, & in libertatem filiorum dei adserit. O quam benedictus summus pater, quot & quantæ gratiae illi agendæ, ac infinitæ bonitatis suæ cogitatione, quod per magnam, immo incomprehensibilem & immensam misericordiam suam regenerari nos uoluit in spem uiuam, non tepidam, non frigidam, non mortuam quæ non est spes, sed clementem & seruētem charitate, & per utriuscq; dilectionis opus maxime uiuam atq; efficacem, quæ spe, per fidem & spiritum CHRISTI, certo speramus, atq; secuti sumus nos possessuros hæreditatem uitæ immortalis, cohæreditatem incorruptibilem, incontaminatam et immaculatam, immarcessibilem, semper uigentem & uirentem: quæ cōseruatur nobis in cœlis. Nec hanc aliter speramus, quam per resurrectionem IESV CHRISTI à mortuis, hoc est, ideo quia ipse resurrexit, promissus à patre, ceu certissimum & uerissimum pignus nostræ ad illam hæreditatem resurrectionis, gloriose corpore & anima resumptis ac hypostaticōs cunitis, quæ uerissime complebit in nouissimo die. Id opera nostra, id bonitas nostra non fecit, sed immensa dei patris misericordia. Ad hanc uitam & plus quam summe boni per fidem, ut illum solum attēdamus, & ex illo pendeamus, illi iugiter in totis cordibus nostris per gratiam quidem sui spiritus gratias agamus, & omnia illi accepta referamus. Et huius etiā rei cognitio dū hic ad breue tempus uaria patimur, debet nobis esse magna, immo maxima consolationis occasio, quod subiungit Petrus hoc pacto:

3. In quo exultabit modicum nunc si oportet cōtristari in uarijs temptationibus, ut probatio uestræ fidei multo preciosior auro quod per ignē probatur, inueniat in laudem & gloriam & honorem in reuelatione IESV CHRISTI: quem cum non uideritis, diligitis. In quem nunc quoq; non uidentes creditis: credentes autem exultabit laetitia inenarrabili & glorificata, reportantes finem fidei uestræ, salutem animarum uestrarum. De qua salute exquisierūt atq; scrutati sunt prophetæ, qui de futura in uobis gratia prophetauerunt, scrutantes in quod uel quale temporis significaret in eis spiritus CHRISTI, prænuncians eas quæ in CHRISTO sunt passiones, & posteriores glorias: quibus reuelatum est quia nō sibimetipsis, uobis autem ministrabant ea quæ nunc nunciata sunt uobis per eos qui euangelizauerūt uobis, spiritu sancto misso de cœlo, in quæ desiderat angelii prospicere.] Cum expedit, & patimur dura, aduersa & tristia hoc exiguo nostræ mortalis uitæ curriculo: probationes sunt nostræ fidei, quæ uarijs temptationibus, id est afflictionibus, aduersitatibus probata, multo preciosior est auro quod corrumpitur, & nihilominus igne probatur. Nōne igitur par est ut fides res usq; adeo preciosa probetur, tentetur, examinetur: ut inueniatur ad laudem, gloriam & honorē domini nostri IESV CHRISTI, cum in maiestate ueniet, cum reuelabitur cunctis hominibus, & omnis eum uidebit oculus. Quem cum nunc corporali intuitu non uideamus, diligimus; in quem, cum eum non nisi fide cernamus, credimus. Ex fide autem exultabimus gaudio ineffabili & glorificato, gloria quidē quam nec oculus uidit, nec in cor hominis ascendit, adipiscētes finem fidei nostræ, quæ est uita æterna, salus æterna animarum nostrarum. Quam salutem & quod, & quale esset

Esa. 46.

tanta salutis tempus, prophetæ spiritu sancto afflati prænunciante afflictiones, persequutiones & carnis mortificationes in C H R I S T O, & quæ eas sequerentur gloriæ, perquisierunt, & diuino responso acceperunt quod non suo, sed alio tempore euenirent, cum ueniret ille qui erat expectatio gentiū, cuius mysteria mundo euangelizarentur, nō humano sensu, sed spiritu sancto de cœlo misso; quæ tanta sunt, tam digna, tamq; sublimia, ut etiam in eis desiderent angelī prospicere. O quām miseri sunt qui hanc gratiam, hanc nouam euangelij lucem, hanc uitæ æternæ doctrinam non suscipiunt. Quomodo igitur in hac noua gratia non exultabimus, non die ac nocte meditabimur, cum secundum eam non nostro, sed spiritu C H R I S T I uiuemus, quam angelī dei uerā dei laudem affectantes, multo desiderio uidere cupiunt, & in qua solatia sumunt. Et ideo illos paratos esse & bene animo affectos ad suscipienda tantæ gratiæ beneficia, magnanime & in spiritu gratiæ adhortatur Petrus dicens:

4 » Propter quod succincti lumbos mentis uestræ, sobrij, perfecti sperate in eam
 » quæ offertur uobis, gratiam in reuelatione I E S V C O R I S T I, quasi filij obediens
 » tiæ, non configurati prioribus ignorantiae uestræ desiderijs: sed secundū eum qui
 » uocauit uos sanctum, ut & ipsi in omni cōuersatione sancti sitis, quoniam scriptū
 » est: Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum.] Qui renes & ilia corporis succin-
 » gunt, id aut indicium est castitatis, modestiæ, & omnimodæ pudicitiæ, aut prom-
 » ptitudinis uigilantiæ, & solliciti animi ad quippiam exequendum. Sic succingere
 » lumbos mentis: est mētem esse castam, modestam, sobriam, insuper & accinctam
 » ad prompte obediendum ihs quæ sunt fidei, gratiæ, & ad perfecte sperandum in
 » gratiam C H R I S T I, quæ per euangelium nobis annunciatum, ad finem usq; mundi
 » cum reuelabitur dominus noster I E S V S C H R I S T V S filius dei. Et sic accincti
 » menti debent esse fideles ad prompte obediendum & perfecte sperandum in omni
 » uerbo & promissionibus ipsius, quibus promittit remissionem peccatorum, iustifi-
 » cationem, hæreditatem regni coelestis, & uitam æternā in æternitate gloriæ per
 » ipsum; ne incident in desideria carnis & immundiciæ, secundum quæ uiuebat ho-
 » mines, & uiuunt secundum primam generationem, & cum legem C H R I S T I ig-
 » norant, & fidem tantæ gratiæ non sentiunt, uiuere etiam debent secundum eum
 » qui eos uocauit, qui sanctus est, imo sanctus sanctorum, & in omnibus operibus

Leuit. xix. suis sancti, cum & in Leuitico scriptū sit: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum,
C. xx. ut non tam ipsi quām C H R I S T V S & spiritus eius uiuat in ipsis. Et ut tales simus,

aut tales esse totis uotis aspiremus, duo præcipue sunt, quæ nos debent mouere.
 Quorum primum est:

5 » Et si patrem inuocatis eum, qui sine acceptione personarum iudicat secundum
 » uniuscuiusq; opus: in timore incolatus uestri tempore conuersamini.] Nam nisi
 » sancti simus, quomodo audebimus inuocare in necessitatibus nostris summū pa-
 » trem, qui iudicat unumquemq; secundum opera eius, sine ulla personarum acce-
 » ptione? Ideo toto tempore huius præsentis uitæ, totum studiū, tota sollicitudo no-
 » stra esse debet ad pie & sancte uiuendum, cum timore in charitate & fide deum re-
 » uerendo, quod uerbum dei et doctrina euangelica uel sola præstat. Secundū sub-
 » dit Petrus, dicens:

6 » Scientes quod non corruptilibus auro uel argento redempti estis de uana ue-
 » stra conuersatione paternæ traditionis: sed precioso sanguine quasi agnī immacu-
 » lati C H R I S T I & incontaminati, præcogniti quidem ante mundi constitutionē,
 » manifestati autem nouissimis temporibus propter uos qui per ipsum fideles estis
 » in deo qui suscitauit eum à mortuis, & dedit ei gloriam, ut fides uestra & spes es-
 » set in deo,] Secundum ergo, quod nos ad hanc puritatem & uitæ sanctimoniam

monere

monere debet, est cogitatio precij redēptionis nostræ, qua redēpti sumti à tua-
na mundi conuersatione, alij à iugo & dura legis seruitute, & omnes à tyrannide
carnis, peccati, & mortis; alij ab idolorum & dæmoniorum nefando cultu, & non
rebus corruptilibus uelut auro, argento, & similibus, sed precioso sanguine do-
mini nostri IESU CHRISTI regis nostri, dei nostri, qui pro nobis immolatus est
uelut agnus immaculatus & incontaminatus, sed super omnem immolationē &
sacrificium semel, à mundi initio ad finem usq; mundi consummans omnia, creden-
tibus in eū quod tantæ bonitatis sit pater, & tantæ acceptationis sacrificij filij sui.
Quod mysterium ab æterno cognitum & definitum est, & reuelatū in nouissimo
mundi statu, in ultima ætate quæ cœpit à CHRISTI aduentu, & extenditur ad
mundi usq; consummationem. Mundus iste, tribus temporibus currit: tempore
ante legem, tempore legis, & tempore post legē quod est tempus gratiæ. Et hoc
redēptionis per sanguinem CHRISTI incorruptibilem omne precium in im-
mensum excedentem mysterium ab æterno præscitum: suo tempore reuelatū est,
propter eos fideles, qui per ipsum credunt in eum qui ipsum immolatum pro no-
bis suscitauit à mortuis, & dedit ei gloriam in dextera maiestatis suæ sedēti super
omnem gloriam usq; ad consummationem seculi, ut fides, & spes nostra, & tota
conuersatio nostra esset in deo, et ex deo penderet. Quo quid potest nobis in hoc
mundo esse lætius, felicius, beatius? Quid incitatius ad pure, caste, sancteç uiuen-
dum? Quapropter subdit Petrus:

7. Animas uestras castificantes in obediētia charitatis, in fraternitatis amore, sim-
plici ex corde inuicem diligite attentius; renati nō ex semine corruptibili, sed in-
corruptibili per uerbum dei uidi & permanentis in æternum. Quia omnis caro ut
fœnum, & omnis gloria eius tanquam flos fœni. Exaruit fœnum, & flos eius deci-
dit: uerbum autem domini manet in æternum. Hoc est autem uerbum quod euau-
gelizatum est in uos.] Fides oculum nostrum dirigit & attentum habet in deū,
ut in eum qui in uerbis et promissionibus suis uerax est, et ipsa indubitate ueritas.
Spes respicit ipsum, ut potentissimum præstare quicquid ab eo est promissum. Et
ideo ipsi in omnibus firmissime credit, & in omnibus firmissime confidit, omnia
præsentia & caduca calcat & paruifacit. Sed hoc non sufficit, nisi etiam charitatē
iugiter habeamus, qua fidei obedientes, omnia opera nostra faciamus, animas pu-
rificemus credendo & fidendo per omnia deo, & ipsum super omnia diligendo,
etiam simplici corde proximum, id est, quemq; fidelem diligendo, amore quidem
spirituali, non carnali, quomodo CHRISTUS nos dilexit & diligit. Et certe cha-
ritas quæ per spiritum CHRISTI diffunditur in cordibus fidelium, nescit cor du-
plex, cor simulatum. Et hic amor inter se fidelium, quo nos inuicem, si fideles su-
mus, propensius diligimus, dilectio fraterna dicitur: quia nos omnes fideles ab eo
dem patre regeniti sumus: & ideo fratres, regeniti dico non semine corruptibili,
sed incorruptibili, scilicet uerbo dei uiui, quod manet in æternum, incorruptibile
ergo: non autem fratres ex prima generatione quæ ex carne est, & ex semine cor-
ruptibili, & quæ nihil aliud est nisi quædam uanitas in momento disparens, sicut
per Esaiam scriptum est: Omnis caro fœnū, & omnis gloria eius quasi flos agri.
Exiccatum est fœnū, & cecidit flos, quia sp̄ritus domini sufflauit in eo. Vere fœ-
num est populus. Exiccatum est fœnum, & cecidit flos: uerbum autem domini ma-
net in æternum. Prima generatio nostra ex carne, carnalis est: secunda ex sp̄itu,
spiritualis. Prima ex semine corruptibili, corruptibilis: secunda ex uerbo dei incor-
ruptibili, incorruptibilis. Prima ex semine immundo, immunda: secunda ex uerbo
dei sancto, sancta. Prima, terrena: secunda, cœlestis. Et qualis hæc generatio, talis
esse debet, quæ hanc sequit tota uita, & ihs quoq; occupata quæ immortalia sunt,

Esa. 40.

qualia sunt fidei, spei, charitatis obiecta: qualia fides, spes, charitas, spiritus charismata. & opera fidei per charitatem tam erga deum quam proximum nunquam interitura neque in hoc, neque in seculo futuro. Quandoquidem charitas nunquam excidet, quae esse nequit ociosa. O utinam dignitas & sublimitas secundae generationis esset hominibus cognita. Nam haec nobis obueniunt, eo quod renati sumus per uerbum dei quod manet in aeternum: quod est nobis annunciatum per prophetas, per apostolos, per euangelistas, quod ut diuiniloquus Ioannes testatur: In principio erat apud deum, & deus erat uerbum: quod superadmirabili dei consilio caro factum est, & habitauit in nobis. Cuius aeterno patri, & ipsi filio eius ab omnibus filiis suis iugis honor sit, & gloria, & gratiarumactio in seculorum secula. Amen.

CAP V T S E C V N D V M.



EPONENTES igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones: sicut modo geniti infantes, rationabiles, & sine dolo lac, concupiscite, ut in eo crescat in salutem. Si tamen gustatis quoniam dulcis est dominus.

Ad quem accedentes, lapidem uiuum, ab hominibus quidem reprobatum, a deo autem electum & honorificatum: & ipsi tanquam lapides uiui, superadficamini, [domos spirituales] — in sacerdotium sanctum, offerentes spirituales hostias, acceptabiles deo per IESVM CHRISTVM. Propter quod continet scripture: Ecce pono in Sion lapidem summum angularem — probatum, electum, preciosum, & qui crediderit in eum, non confundetur. Vobis igitur honor creditibus: non creditibus autem, lapis quem reprobauerunt aedificantes, hic factus est in caput anguli: & lapis [offensionis,] & petra scandali, his qui offendunt uerbo, nec credunt in quo & positi sunt. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus [acquisitionis:] ut [uirtutes] annuntiantis eius, qui de tenebris uos uocauit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus [dei:] nunc autem populus dei: qui non misericordiam consequuti, nunc autem misericordiam consequuti.

Charissimi, obsecro uos tanquam aduenas et peregrinos, abstinere uos a carnalibus desiderijs, quae militant aduersus animam. Conuersationem uestram inter gentes habentes [bonam:] ut in eo quod

ANNOT.

lac uerbi, lac rationale, & minime dolosum, λογικὸν καὶ ἀδολογόνον. siquidem gustatis quidam suavis, benignus, εὐπρεπές, σαδεῖ ὅτι χρησόμενος.

domus spiritualis, οἰκος πνευματικός.

& complebitur, nec in scriptura, οὐ πάντες οἱ τῷ γραφῇ. summe angularem, αὔρας γωνιῶν.

impactionis, προσκόμματος, impingunt in uerbum, προσκόπτουσι τῷ λόγῳ.

in acquisitionem, εἰς πρίκησιν. τὰς ἀρετὰς, à placido quod ita placeat deo.

ἀγαπήσοι.

honestam, καθήρη.

eo quod detractant de uobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus uos considerantes,
14 glorificant deū in die uisitationis. Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ ppter [deū]: siue regi, quasi præcellenti: siue [ducibus,] tanquam ab eo [missis] ad vindictam malefactorū, laudem uero[bonorum.] Quia sic est uoluntas dei, ut benefacientes, [obmutescere faciatis] imprudentium hominum ignoratiā: quasi liberi, & non quasi uelamen habētes maliciæ libertatē,
15 sed sicut serui dei. Omnes honorate.

16 Fraternitatem diligite.

17 Deum timete.

18 Regem honorificate.

[Serui] subditi estote in omni[timore] domini nis. Nō tantum bonis & [modestis,] sed etiā [dyscolis.] Hæc est em̄ gratia, si propter dei conscientiam sustinet quis tristitias, patiens iniuste. Quæ enim est[gratia,] si peccantes, & [colaphizati] suffertis? Sed si bene facientes, + patienter sustinetis, hæc est gratia apud deū. In hoc enim uocati estis: quia et C H R I S T U S passus est pro[nobis, uobis,] relinquens exemplum ut sequamini uestigia eius. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: qui cum malediceretur, non [maledicebat,] cum pateretur, non cōmina= batur, tradebat autem [iudicanti se iniuste.] Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignū, ut peccatis[mortui,] iustitiae uiuamus: cuius[liuore] sanati estis. Eratis enim sicut oves erantes: sed conuersi estis nunc ad pastore et [episcopum] animarum uestrarum.

A N N O T.

dominum, κύριον.
 ducibus, πρεσβύτεροις
 qui mittuntur, πεμψμένοις.
 benefactorū, αγαθοπριῶμα.
 refrenetis, φρίση.

famili, συκέτου. reverentia
 φόβω. clementibus, επιτελο
 κέσιμ. morosis, difficultibus,
 τοῖς σκολιοῖς.

laus, κλέος. alapis uapulantes,
 κολαφιζόμενοι, τερπ
 tientes, κοράχοντες.

ημῶρ, ημῆρ, nobis, nobis. in
 alijs utrobiq; ημῶρ ημῆρ, uo
 bis, uobis.

maledictaregereebat, ἀντελο
 δόρ. iudicantiiuste, κρίνον
 ούδικοις.

defuncti, qui defunus, απέγενο
 μένοι. plaga, μώλωπι.
 superintendētem, obseruatorē,
 custodem, curatorem, επίστρ
 κοπορ.

C O M M E N T . I N C A P . S E C V N D V M .



ROSE QVITVR apostolus Petrus secundæ nativitatis beneficia, ut
 & desideria eius sequamur, & non amplius primæ, & ait:

Deponentes igitur omnem maliciam, & omnem dolum, & simula= tiones, & inuidias, & omnes detractiones; sicut modo geniti infan= tes, rationabiles, & sine dolo lac cōcupiscite: ut in eo crescatis in salu= tem, si tamen gustastis quoniam dulcis est dominus.] Per secūdam nativitatēm

depositimus omnem maliciam, & omnem dolum, omnes simulationes, inuidias, detractiones, & id genus ex instillato maligni ueneno per peccatū cōtractas

labes, condonante nobis omnia propter ablutionem in sanguine CHRISTI, & fidem in ipsum, patre misericordiarum. Ideo debemus concupiscere non concupiscentia carnis, sed spiritus, statim à principio nostrae secundæ nativitatis, tanquam è recenti modo geniti infantes & filii dei, lac λογικὸν οὐχὶ ἀδολοφ., id est, doctrinam uerbi dei, quæ sine ullo dolo ac fraude uerain alimoniam animæ præbet: perinde ac ex prima generatione infantes, statim in lucem æditi concupiscunt lac, nō uerbi, sed concupiscentiae & dolosum. Ut enim caro ad carnem, sic spiritus ad spiritum se habere debet. Siquidē λογικὸν ἀλόγω, id est uerbo deductum est. designat etiā λόγος & rationem. Quod si hic ut ratione designat, capiamus, ut interpretemur τὸ λογικὸν γάλα lac rationale; id rationale, non animalem, non nostram, sed diuinam & spirituale dicit rationem. Ex illo ergo lacte spiritualis doctrinæ uerbi dei, siue rationis diuinæ, quæ est absq; ullo dolo, debemus adolescere, & incremento spiritualis uitæ proficere in uirum perfectum, semper in melius progrediendo, donec æternam adipiscamur salutem. Quandoquidē gustauimus ex nostræ diuinæ generationis dono, quoniam suavis est dominus. Et uerbū, quod est in principio capitīς ἀπόθεμνοι, quod interpres uertit deponētes: perinde est ac, qui depositis, alijs uertūt; deposita omni malicia. Nam in regeneratione illa omnia deposituerat, & illis remissa fuerat, quæcunq; ex illis seminarīs diaboli per peccatum contraxerant. Et id etiā λογικὸν, id est uerbi, siue rationale, & id ἀδολοφ., id est sine dolo, cū dicit τὸ λογικὸν ἀδολοφ γάλα, referri debet ad lac, nō ad infantes, iuxta superiorē intelligentiā, quod Graece conspectus est τὸ Latine. Sed quis sit is dominus, cuius suavitatem in baptismatis dono prægustauerunt, declarat cum ait:

Ad quem accedentes lapidem uiuum, ab hominibus quidem reprobatur, à deo autem electum & honorificatum: & ipsi tanquam lapides uiui superædificamini domos spirituales in sacerdotium sanctum, offerentes spirituales hostias acceptabiles deo per IESVM CHRISTVM. Propter quod continet scriptura: Ecce pono in Sion lapidem summum angularem, probatum, electum, preciosum, & qui crediderit in eum, non confundetur.] Ex materialibus lapidibus, materiale templū olim deo ædificabatur. Sed adueniente CHRISTO qui lapis spiritualis, lapis uiuus & uita ipsa est: cœpit ex lapidibus uiuis templum dei spirituale construi: & tale templum, cuius singuli quicq; lapides, singula tempora sunt. Ipse enim dominus se templum uocat, cum ait: Soluite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud. Et qui ad eum accedunt, lapides uiui efficiuntur, & ædificantur in domos spirituales, spiritualiaq; tempora deo: & non solum in tempora, sed & in sacerdotium sanctum, ut offerant spirituales hostias, seipso, ut CHRISTVS seipsum obtulit: quæ deo per omnia gratæ & acceptibiles fiunt per IESVM CHRISTVM, qui summus lapis, summum templum est, summusq; sacerdos. Et quia per ipsum acceptantur omnia: ideo continere, unire & necere in scriptura reperitur, ut dicente deo in

Ioan. 2. Esaia: Ecce pono in Sion lapidem summum angularem, probatum, electum, preciosum: & qui credit in eum, non confundetur. Cum dicit lapidem ἀκρογωνιῶν, id est, summamgularem, siue in summo angulo: complecti, unire, ac cōtinere intelligit. Angulus enim, uaria necit, quæ sine angulo disiuncta essent. Et cum sit hic lapis uiuus, maxime omnium probatus, electus & preciosus, summū obtinēs locum, templum dei, & sacerdos maxime omnium summus, à deo cōstitutus omnium mediator. Vnus est, inquit Paulus deus, unus & mediator dei & hominū, homo CHRISTVS IESVS, estq; deo absq; ullo medio appropinquans: maxime æquum est ut per eum spirituales hostiæ omnes & offerantur deo, & fiant deo acceptæ. Verum & qui in simplicitate uitæ uixerūt, in foraminibus petræ (qui lapis est ipse electus) securitatem ab hoste quarentes, meditantes & contemplationis

1. Timo. uolatu

latus
Qui in i
in humi
se ad ale
bus, sui
& sudor
ut semin
familias
uale au
perlequ
dei fort
uita gra
deterior
simplici
runt. Et
& proxim
bus mis
simul ha
que ual
infacio
propria
IESV
nes spir
cerdot
ra, mor
STVS
uit, qua
tatem i
ditione
cerdo
sacer
syncer
ta min
sancti,
subiung
Vob
uerunt
dali, his
el c H
quidem
dali. Hi
ad quod
quando
Paulus)
tibus au
virtute
uerbo:
nauis c
ill offe

uolatu sese ad alta interdum ferentes: hi spirituales etiam columbas offerunt deo. Qui in innocentia uitæ uocem pastorum audiunt, auditam ruminant, qui carpūt in humilitate & simplicitate pascua euangelica ad quæ deducuntur, non ualentibus se ad alta ipsorum mysteria attollere, usum præstantes quem ex se possunt omnibus, suisq; pastoribus: hi spirituales oues & agnos offerunt deo. Qui multo labore & sudore, duros populorum animos uomere uerbi dei sanctæq; doctrinæ sulcāt, ut semina æternæ uitæ iacta uberem fructum afferant, ut impleatur summi patris familiâs horrea. Hi, spirituales uitulos & boues deo offerunt. Alij offerunt spirituale aurum, uitam omni examine & probatione tentationum, tribulationum, & persequutionum examinatam, omniq; temptationi, mundi, carnis, diaboli, spíritu fi dei fortiter ac patiēter obluctantem ac inuictam. Alij spirituale argentum: qui in uita gratia & exemplo nitentes, probationes aliquot uiriliter sustinuerunt nihilo deteriores, sed meliores purioresq; effecti. Qui & quæ uirginitatis, puritatis, & simplicitatis dono in fide deo placuerunt: hi seipso turtures spirituales deo offerunt. Et qui ieunijs & orationibus filij dei imitatione, per uitam in dilectione dei & proximi arserunt: hi offerunt spirituale thus, & redolens thymiana. Qui operibus misericordiæ, hi spirituale oleum. Et qui plures ex his uixerunt uitas, plures simul hostias, plurésue oblationes in illo sancto & spirituali templo deo offerunt, quæ ualidæ nō sunt & deo acceptæ, nisi eorum quos summus lapis C H R I S T V S in sacro aedificio continet ac necit. Et hoc sanctum & spirituale sacerdotium, ad proprias sui ipsorum offerendas hostias acceptabiles deo per dominum n^o C H R I S T V M, omnibus fidelibus cōmune est, suntq; uere fideles omnes spiritualia templa, spirituales sacerdotes, spirituales hostiae: spirituales dico sacerdotes uncti ad hoc spiritu sancto, ut suas hostias offerant deo, in conscientia pura, mortificatas quidem carne, uiuificatas autē spíritu. Et hos sacerdotes C H R I S T V S uniuersaliter nouit. At particulare sacerdotium, quod uel solū uulgas nouit, quod quidem cum ignorantia scripturarū iam plurimo tempore suam dignitatem ignorauit & neglexit, relapsum prorsus in primæ natuitatis carnalem conditionem, ex scripturis tam admiranda circa se beneficia C H R I S T I nesciens: sacerdotium inquam particulare, nō omnibus commune est, sed ihs solis qui uulgo sacerdotes & presbyteri dicuntur, quibus præcipuum munus est alios in uerbo dei syncere instruere, ut firmi sint in fide, spe, & charitate dei & proximi, & sacramenta ministrare: quod sine fide & altiori quidem fide, & amplior functione spíritus sancti, quam in ihs qui instruuntur, fieri aut non debet, aut non potest. Proinde subiungit Petrus:

Vobis igitur honor credentibus: non credentibus autem, lapis quem reproba uerunt ædificates, hic factus est in caput anguli, & lapis offensionis, & petra scandali, his qui offendunt uerbo, nec credunt in quo & positi sunt.] Lapis ille, qui est C H R I S T V S dominus, credentibus, & maxime ædificantibus est honor, & quidem incomparabilis; non credentibus autem, lapis offensionis, & petra scandali. Hi autem sunt qui offendunt in uerbo fidei, qui non credunt euangelio dei, ad quod nihilominus scilicet ad credendum, ipsius dei benignitate positi erant, quandoquidem illi placuit ut audirent uitæ æternæ uerbum. Nos autem (inquit Paulus), prædicamus C H R I S T V M crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam: ipsis autem uocatis Iudæis atq; Græcis, C H R I S T V M dei uirtutem & dei sapientiam. Qui ergo auditio uerbo manent increduli, offendunt uerbo, impingentes in lapidem offensionis, & in petram scandali: haud secus, ac nauis cum impingit in caudem, illiditur, resiliens in perditionis barathrum. Sic & illi offendentes impingentesq; illiduntur, resilientes per incredulitatē in extremā

perditionis miseriam. Quod accidit pontificibus Iudæorum, scribis & phariseis, qui cum olim debuissent ædificare lapides uiuos, tandem malicia excæcati, lapide per se uiuum à deo electum & super omnem preciosum, tanquam spirituali ædificio inutilem, reprobauerunt. Et ideo summus architectus qui illum probauit & elegit: posuit in summo sacratissimi templi sui angulo, ut necteret in unum templum, in unam ædificationem uiuam, non solum eos qui sunt ex gente Hebræa, sed ex omni gente & natione. Et uterque populus, & Hebraeorum & Gentium, qui crediderunt in eum, facti sunt in illo unum uiuum dei templum. A domino (inquit) factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Sed quinam, & qua dignitate censendi sint hi qui credunt, credent & qui crediderunt in eum, aperit Petrus, dicens:

11. " Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annūcietis eius, qui de tenebris uos uocauit in admirabile lumē suum. Qui aliquando non populus dei, nunc autem populus dei: qui non consequuntur misericordiam, nunc autem misericordiam consequuti.] Genus dei sunt omnes, qui secundam perceperunt generationē: qui non (inquit Ioannes) ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex deo εγεννήθομεν. id est geniti sunt. Ergo genus electum, scilicet dei electione etiam ab æterno: ut omnia bona uolūtati diuinæ, imò incomprehēsibiliter bona omnia tribuamus, & in laudes & admirationem tantæ dignationis erumpamus. Regale sacerdotiū. Sacerdotium Iudaicum, Leuiticum erat, & non regale ex Iuda. Et particulare, ad uniuersitatem familiam, Leuiticam scilicet pertinens. Nostrum autem, ex CHRISTO qui est sacerdos in æternum, leo de tribu Iuda, & rex regū, & dominus dominantiū: regale est, & uniuersale (nam de uniuersali hic sermo est) Et omnes uenientes ad ipsum, inunguntur unguento spiritus, ut sint Christiformes. CHRISTUS siquidē & rex est & sacerdos. Vngimur chrismate illo uero, ut omnes CHRISTI simus, qui à chrismate nomen habet, unctus quidem præ omnibus participibus suis qui sunt omnes fideles in eo regeniti, sicut Psal. 44. Vnxit te deus deus tuus oleo læticiae præ participibus tuis. Ipse absolute Christus: nos participatione Christi, & omnes interna unctione & spirituali uncti, ut omnes reges spirituales efficiamur & sacerdotes, tanto ueriore, quam unguento illo quo reges olim et sacerdotes ueteris legis ungebant, ut reges essent ac sacerdotes. Quāto lux præstātior est umbra, & ueritas sua figura, et tāto ueriores reges & sacerdotes. O dignitas christianorū in Christo mirabilis. O quis admirāda. Quis sapiēs, & intelliget hæc? Ipsī honor & gloria in secula. Et hoc sacerdotium (ut dictum est) uniuersale est omniū: et si in unoquoque est particulare ad suam quemque aut suas particulariter offerendū deo per Christum, qui summus rex est et summus sacerdos, spirituales hostias. O si christianus cognosceret spiritualem dignitatem, qua eum uenientem ad Christum dignatus est deus: æstimaret beneficium dei pluris quam omnia regna mundi, qui ex ipsa continuo nativitate rex inungitur & sacerdos. Rex quidē, quo debet omnia monstra uictorum, uictor manens, uirtute & gratia gloriosus: ad quam quidem uictoriā faciendam, non angelos modo, imò Christum ipsum, & spiritum Christi habet adiutorem, imò præcipuum autorē. Sacerdos uero: quo pro priam offerat deo hostiam. De alio sacerdotio particulari & sacerdotibus, qui & presbyteri, ad publicas functiones ad hoc ipsum delecti, de quibus paulo supra: hic non est sermo, neque de regno temporali, & regibus temporalibus, quæ etiam sunt particularia. Et hi reges & sacerdotes, pluris æstimantur quo ad mundū: illi, quo ad deum. Et parum est his esse hoc modo reges & sacerdotes, nisi illo modo in ueritate & spiritu eminētiori modo quam cæteri reges sint & sacerdotes. Deus faxit ut seculum nostrum hanc magnam & admirabilem lucem uideat: & immensa lux uerbi eius redeat. Gens sancta, sunt qui per secundam generationē ad ipsum ueniunt;

veniunt: prius quidem immunda & impura, sed ipsa per ipsum spiritu sancto intime mundata & sanctificata, lota sanguine filij dei: cuius diuinæ lotionis purificationis & signū est, baptismus exterior & aquæ perfusio. Est populus acquisitionis, quia perditus erat, ab ea maligna potestate detentus seruus, quæ neque deus est, neque rex, neq; dominus; sed dæmon, sed tyrannus, sed plagiarius. Quo deuicto CHRIST I morte, deus summæ bonitatis & misericordiæ ipsum sibi in æterna felicitate acquisiuit, & pro dura illa seruitute, fecit regem, & pro impuritate, sacrū fæciliatem. Hæc igitur acquisitionis fuit ihs qui acquisiti sunt, ex bonitate ipsius acquarentis ad incomprehensibile bonum accessio: ut tantorum bonorum non ingratii, non immemores, uirtutes & benignitates eius annuncient qui de tenebris, quæ est adhæsio spiritibus & potestatibus tenebrarum, & dei ignorantia, eos uocauit, & accessiuit in suam admirabilem lucem, quæ est per dei uerbum & euangelicam doctrinam ipsius cognitio, & cum omni summo q; bono adhæsio, adeo ut in illis impletum sit oraculum: Populus qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam, habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Magna lux, & quæ præ magnitudine capi non potest, est C H R I S T V S I E S V S, & per ipsum ad patrem misericordiarum accessio, nunquam alioqui accessibilem. Quis cogitare poterit gratiam, quam dei benignitas ex aduentu Christi domini nobis & ipsis attulit: quorum præcessores per tot secula non fuerunt populus dei, non fuerunt misericordiam consequuti: nunc autem & populus dei sunt, & misericordiam consequuti, & in hæc tempora aduenierunt, de quibus ait dominus in Osee: Et miserebor eius quæ fuit absq; misericordia, & dicam non populo meo, populus meus es tu, & ipse dicit: Deus meus es tu. Deinde adhortationes, & sanctas admonitiones transit Petrus. Prima:

Esa. 9.

Osee 2.

12. Charissimi, obsecro uos tanquam aduenas & peregrinos, abstinere uos a carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam.] Ciuitas, terra & patria quam inquirimus, non est in hoc mundo: alioqui aduenæ & peregrini non esse mus in eo. Sed ea ciuitas est coelestis Hierusalem. Terra illa, terra summa, terra lucida, & terra uiuentium. Et patria illa, regio coelestis, regio sempiterne felicitum. Alia est terra ima, terra tenebrosa & operta mortis caligine, regio sine fine miserorum. Ergo quamdiu sumus in hac media terra, in qua regnat carnalia desideria, quæ aduersantur spiritui, & pugnant aduersus animam ad suam felicem regionem tendentem: sumus adhuc aduenæ & peregrini. Qui nisi perfidem & spiritum Christi resistamus uiriliter concupiscentijs & desiderijs carnis, quantum gratia præstabit nobis ad deum suspirantibus & auxilium potentibus, non poterimus ad ciuitatem illam, & terram illam lucidam, & beatissimam patriam peruenire. Nam si concupiscentiae uincunt, nostra secundæ generationis uita extinguetur, per quam solam, secundum eam uiuendo, ad ciuitatem illam & terram illam peruenturi sumus. Quandoquidem coelestis Hierusalem & terra uiuentium: non uita primæ generationis debetur, sed secundæ. Quid mirum igitur, si illam ueram & secundam uitam sciens Petrus, nos hortatur ut carnis desideria obnixe fugiamus, ne perdamus coelum ad quod regeniti sumus. Imò perdita ciuitate & terra uiuentium, incaute, id est, sine fide, alta spe & charitate peregrinando: præcipitiū facimus in insimam terram & in nouissimum lacum, ad quem caro & concupiscentia eius duobus procul nos præcipito dedunt. Necq; satis est uere fidelibus ad altiora peregrinantibus uitare concupiscentias, & quicquid præcipitā caro suggestit: nisi & bona opera sua quæ sunt fidei & charitatis, ihs inter quos peregrinantur ostendat, ut olim Abraham, Isaac, Jacob, & Ioseph uere castus & minime carnalis. Ostendant dico, non ut boni appearant, nam id uanum; sed ut glorificetur deus qui regene-

G 2

Cap. II. IACOBI FABRI STAPLENSIS COMMENT.

rationis & operum eius præcipius, imò & solus est autor, quod quidem solidum est & sanctum. Ideo secundam exhortationem subiungit Petrus, dicens:

- 13 Conuersationem uestram inter gentes habentes bonam, ut in eo quod detra-
“ Etant de uobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus uos considerates,
“ glorificant deum in die uisitationis.] Inter gentes, inquit, habetes conuersatio-
nem bonam. Gentes sunt, qui ex prima generatione carnis sequuntur desideria,
ad uitam sp̄iritus nondū renati. Et quia uita carnis & uita sp̄iritus contrariae sunt,
hi de fidelibus & spiritualiter uiuentibus obloquebantur, tanquam malefici, ut
qui deos eorum despicerent, & eorum uiuendi ritum floccifacerent. Attamen ui-
dentes sancta opera eorum, ut qui erant pacifici, modesti, nullis iniurijs, in omni-
bus patientes, omnia sua opera per charitatem facientes, & omnibus beneficiis sic
his exemplis permotos plerunq; uisitabat deus, & ad consimilem uitam fidei in-
spirabat. Hæc enim est dies uisitationis eorum: alioqui exempla non sufficerent.
Ex contemplatione igitur uitæ eorum, gratia Christi eos uisitante, glorificant deum.
Et ad hoc ipsum alijs sancte conuersari debent boni; nō modo iuxta uerbū
Matth. 5. hic apostoli, sed & domini dicentis: Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut ui-
deant opera uestra bona, & glorificant patrem uestrum qui in cœlis est. Tertia:

- 14 Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter deum: siue regi, quasi
præcellenti; siue ducibus, tanquam ab eo missis ad uindictam malefactorum, lau-
dem uero bonorum. Quia sic est uoluntas dei, ut benefacientes obmutescere fa-
ciatis in prudentium hominum ignorantiam. Quasi liberi, & non quasi uelamen
habentes malitiæ libertatem: sed sicut serui dei.] Quod ait, omni humanæ crea-
turæ: explicatur per id quod sequitur, siue regi, siue ducibus. Duces qui & præsi-
des & præfecti prouinciarū & urbiū erant, temporibus quidem pacis, locis præ-
fecti erant, & præsidebant prætorijs ad iussa Cæsaris capessenda, ut ad subsidia,
ad uectigalia, & huiusmodi tributa exigēda, ad iusticiam populo administrandā,
ut qui malefactores punirent, benemerentes autem nullis malis afficerent, sed po-
tius laude & gratia dignos dicerent. Tempore uero bellū aut rebellionum militi-
bus præerant, exercituum duces, & siue tempore pacis in prætorijs ius dicerent,
siue tempore bellū gladium portarent: hoc erat ad malefactores puniendos, bene-
facientes autem & insontes, quantum ex ipsa ordinatione erat tutandos, & nullo
eos grauamine afficiēdos. Et an magistratus omnes temporales et sublimiores hu-
iusmodi status, humanam creaturam uocat Petrus, quod soleant aut humana com-
suetudine, aut humanis suffragijs creari? Ergo omni humanæ huiusmodi creatu-
ræ in eminentiori gradu constitutæ, pareamus & subiecti simus. Et hoc propter
deum, in illis ordinationem diuinam ac potentiam attendentes: qui uult quosdam
esse reges, qui clementia populos regant, quosdam præsides, qui populo ius di-
cant: quosdam duces, qui in bellis uindictam faciant, illos (ut nouit aut uult deus)
puniendo: quosdā esse satrapas, ad uectigalia exigenda, & ad alios publicos usus.
Alios iudices, qui iura priuatis dicant. Et omnibus bene utitur deus, aut ad suam
misericordiam, aut suam iustitiam. Regibus, & bonis principibus, & magistrati-
bus, ad misericordiam suam ijs qui subsunt demonstrandam, tyrannis, crudelibus
principibus, & iniustis magistratibus: ad iram suam, & uindictam in malos mani-
festandam, & exercitandam bonorum patientiā. De bonis dicit Hieremias 3. Da-
bo uobis pastores iuxta cor meum. De malis Osee 13. Dabo tibi regem in furore
meo. Et Esaias 3. Dabo pueros principes eorum. Alioqui nisi principes & magi-
stratus diuina ordinatione constituerentur: confusa essent omnia. Necq; subsiste-
rent boni qui pauci sunt propter malos, qui multitudine eos opprimeret, & omni
tempore malitia obtineret præualeretq;. Necq; idcirco subiectionem detractare
licet,

licet, si sua potestate abutuntur. Nam potestatem habent a deo, & illi tanquam diuinæ ordinationi quamdiu illam habent, nos subditos esse oportet propter deum: non detractare propter abusum, nisi quicquam iubeant contra dei uerbum, cum fidei laederetur integritas, aut manifesta incurreretur dei offensa. Si autem citra peccatum & dei offensam id fieri potest, non magnopere curandum, neque reluctandū, sed omnia libere per charitatem, & quia dominus iubet faciendo, neminem neque bonos neque malos scandalizando. Sic dominus didrachma argenti pro se et Petro Matth. 17. dedit. At Petrus magistratui & principi sacerdotum in concilio præcipiēti sibi & apostolis, ne amplius in nomine IESU docerent, non acquieuit, sed respōdit: Obe Act. 5. dire oportet deo magis quam hominibus. Princeps ille sacerdotum potestatē habebat qua in hoc etiam contra deum abutebatur, & Petrus potentiae se subdidit, ut qui & apostoli magistratui, & principi parentes, non inuiti aut reluctantates ierunt ad concilium. Abusus autem non paruit: quia id citra dei offensam fieri non potuit, cuius rationem reddidit: quia a deo præceptum habebat ut nomen IESU populo annunciasse, & in eo nomine docerent populum, quod præcepto hominū præferendum erat qui præcipiebant oppositum. Sine enim peccato, sine dei offensa & iniuria: præceptum dei præcepto hominum irritari non potest. Et sicut dei ordinatio est ut illæ potentiae sint quodammodo suæ, seu miserendo, seu iudicando ac puniendo æmulæ, quod in imagine & quadam diuinorū imitatione, nisi quantum error accidit, pertransit homo: ita dei uoluntas est, ut inferiores illis subdant, tanquam potentijs ab eo datis, immo suæ potentiae, cum nemo quicquam possit, nisi ipsius potentia. Et qui sic faciunt, obmutescere faciunt imprudentium hominum ignorantiam, qui diuinam ignorant ordinationem, & qui carnaliter & non spiritualiter sapient. Et id faciunt tanquam uere liberi ea libertate qua nos liberauit, id est liberos fecit CHRISTVS: non ea abutentes tanquam eam uelut uelamen ad maliciam prætexentes, dicentes: Quia non sumus serui mundo, peccato, morti & tyranno eius diabolo & inferno, sed liberi & domini omnium: licet nobis quicquid uolumus facere, & nullo pacto subiectos esse potestatibus. Nam & si libertatē habent spiritualem, ea utantur ut serui dei, eius potentiae et ordinationi sese subdentes ad id ipsum, per omnia CHRISTVM exemplum habentes. Quarta:

15. Omnes honorate.] Omnes dicit, tam fideles quam infideles, inter quos ea tempestate maxime uersabantur christiani. Et ut in præcedenti adiunxit particulam propter deum: hic & ubique in sequentibus illam intelligamus. Honoremus ergo unumquemque secundum statum suum: non habendo rationem hominis, sed diuinæ bonitatis & ordinationis. Quia cum attenditur homo ac persona, est proprieatis, id est personæ acceptio, quæ prohibetur. Cum autem bonitas diuina & ordinatio: tum id bene fit, & tunc subiectio, & honoratio, & id genus officia, spiritualia sunt, & uere fideliem. Honora in paupere, CHRISTVM humilem, bene pauperi CHRISTI faciendo. In diuite, deum qui diues est in omnes, qui et omnes & humanas & diuinæ largitur diuitias. In domino, deum omnibus dominatorem. In potente, ipsum uere omnia potentem: & ita in ceteris nihil nisi quod diuinum est attendendo. Cum autem persona attenditur uel sola, carnalia sunt, infidelium, aut non surgentium ad spiritum. Honoremus ergo infideles: non quia infideles, sed quia in eis est quædam dei potestas, qua potens est eos illuminare & dirigere, sicut dirigit sua misericordia iam illuminatos, quemadmodum scriptum est: Do psal. 145. minus illuminat cæcos, dominus dirigit iustos. Honoremus insuper diuites, quia & scriptum est: Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & subleuat. Honoremus etiam pauperes, quia deus pauperes huius mundi elegit, factus & ipse pro nobis pauper, ut nos uere diuites efficeret, & quia scriptum est: Beati pauperes spia-

Cap. II. IACOBI FABRI STAPVLENSIS COMMENT.

ritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Qui honorat hoc modo, secundum deum honorat, & sua erga omnes officia habet, libere & per charitatē omnibus inseruire diuitibus, citra ullam dei offensam obsequia præstando, potentibus obe diendo: Pauperibus eos consolando & pro necessitatibus si illi ad sint, bona eis im partiendo. Nam si tibi bona adsunt, intellige ea tibi à deo tradita, non ad possidendum, sed ad distribuendum. De ihs autem qui in excellentia constituti sunt, ut potestate aliqua & magistratu, iam dictum est. Etsi hanc in omni statu sequimur honorandi legem: sine offensione omnes honorando curemus, non acceptando per sonas, non iudicando, non spernendo. Et non tam plerunq; carnales animalesq; homines; personas iudicant, spernunt, & condemnant, quām diuinam in ipsis potentiam, quām ordinationē, contra deum superbientes, & sese eleuantes. Hi semper oculos in infima figunt: illi, id est, spirituales homines, in summa. Hi in prolapsus & inordinationes; illi in ordinata; hi in tenebras, illi in lucem. Lux ueritatem pandit, tenebræ falsitate obruuntur. Hi spiritu carnis, illi spiritu dei ducuntur. Et qui omnem hominem uel infimum, maxime fidelem, ut dei imaginem honorat, non errat. Et de eiusmodi sequentia. Quinta:

16 „ Fraternitatem diligite.] Hæc de solis fidelibus intelligitur: nam hic fratres dic non possunt, qui ab eodem patre aut eadem matre geniti non sunt. Fideles autem omnes ab eodem patre deo, & ab eadem matre ecclesia geniti sunt: sed infideles nondum geniti sunt, neq; adhuc in utero matris gestantur, ut iij gestantur qui uecti a catechumeni, qui neq; adhuc plene fideles sunt, neq; infideles, sed utriscq; medi. Et perinde est, fraternitatem diligite, ac fratres diligite: & hoc propter deū, qui uoluit per regenerationem omnium nostrum pater esse. Sed sic non possumus diligere infideles, quia filii dei non sunt, neq; hoc modo nobiscū deum patrem habentes, qui non credunt in C H R I S T U M consubstantialem dei filii. Dedit enim ihs solis potestatem filios dei fieri, qui credūt in nomine eius. Hæc igitur quæ debetur fratribus, magna est dilectio & charitas. Etsi fratres ex eodem patre & eadem matre secundum carnem geniti, se iure naturæ magis debet diligere dilectione carnis, quām alios alijs parentibus natos: tanto magis se debent fratres deo patre & ecclesia matre nati, diligere dilectione spirituali, quanto deus melior pater est patre terreno, & fidelis ecclesia sponsa C H R I S T I melior mater matre terrena, & spiritus melior carne. Non tamen ex hac admonitione, quæ etiam nouæ legis est præceptum, excluditur dilectio ad exterros & infideles. Quia etiā nos

Matth. 5. docet diuinum institutum diligere inimicos nostros, & benefacere ihs qui oderūt nos. Ergo illos diligemus, quia dominus mandauit, quia dominus eos nobis ex prima generatione ad secundam generationem uocare potest, & facere fideles similis nobis. Et huic dilectioni adiungemus officium salutis eorum, & illuminationis affectum, precesq; ut filij deo fundemus: ut seruos illos ex illa dura infidelitatis seruitute liberet, & filijs annumeret, quo laus eius in uniuerso terrarum orbe psal. 47. accrescat, & sit laus ipsius secundum nomen suum. Amor spiritualis amplius est, & latissime sese fundit: carnalis autē angustus, & arctissimis pressus terminis. Ille cœlum implet & terram: hic uero uix unam domum, unam familiam. Sexta:

17 „ Deum timete.] Triplex est timor, quo fideles deum timere possunt. Primus: Timor est offendendi deum, quandoquidem potestatem habet offendentem mittere in gehennam, & punire etiam si uult in perpetuum. Et sic timeri debet offendit: attenta illa immensitate potestatis, & ratione potestatis, non autem ratione gehennæ ignis & punitionis. Secundus: Est timor offendendi deum propter ipsum solum, quia est infinitæ bonitatis, idq; indignissimum esse tantā offendendi bonitatem, maiestatem, dignitatem. Tertius: Est timor non offendendi, sed sincere sancteç colendi

colendi, pureq; uenerandi. Ethic timor est pura reuerentia, quo cœlestes spiritus omnes timet, reuerenturq; deum. Si timori adest phantasia pœnæ, reddit im purum, & non est pura reuerentia. Si etiam timori miscetur phantasia offensionis & delinquendi metus: non est pura reuerentia. Primus timor, in uita spirituali est incipientium. Secundus est proficientum. Tertius est perfectorum. Et ut more nonnullorum priscorum loquar, spiritus per primum purgat eos qui purgantur. Per secundum illuminat eos qui illuminantur. Et per tertium perficit eos qui perficiuntur. Primus, reuerentia est, sed impurior. Secundus, minus impura. Tertius, reuerentia pura. De primo dicit dominus apud Lucam: Ostendam autem uobis quem timeatis. Timete eum qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. De quo & id: Initium sapientiae timor domini. De secundo id: Per timorem domini declinat omnis a malo. & id: Adorabo ad sanctum templum tuum in timore tuo. Id insuper: Venite filij, audite me, timore domini docebo uos. De tertio apud Esaiam: Egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescat super eum spiritus domini, spiritus sapientiae & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiae & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Certum est enim dominum nostrum de quo hic Esaias: non habuisse timorem qui admitionem phantasiae uitandæ offensionis habet, qui erat impeccabilis: et si cæteri homines quandiu uiuunt, illum habere possint, qui adhuc quantum est ex sua infirmitate peccare queunt, non tamen sic C H R I S T U S qui peccare non potuit. Et tanto minus habuit timorem infirmum; qui quidem timor habet non nihil admixtum metus gehennæ. De tertio igitur id intelligitur, qui est timor dei sanctus & purus, de quo & Psal. 18. Timor domini sanctus, permanet in seculum seculi. Et si non negem spiritum sanctum, primum et secundum inspirare timorem: tertius tamen maxime spiritus sancti donum est, quod & Esaiæ oraculum prodit. Sed ille bonus & eminentia omni plusquam dici potest, bonus spiritus, distribuit unicuiq; ut uult, & ut cuiq; cōducit, paruulis in C H R I S T O: primum: crescentibus in C H R I S T O, qui semper ad anteriora procedunt, secundum: sed adulatis in C H R I S T O & cōsummatis, tertium. Et licet primi, & secundi, & tertii sint liberi: quia tamen primi paruuli & tantilli sunt, parum distant a seruo, uirgam adhuc timentes ex cogitatione pœnarum gehennæ. Secundi, uirgā non timent nec cogitant: sed solum suam infirmitatem cogitantes, cœlestis patris timent offensam. Tertiū, nec uirgam, nec offensam timent, iam non tamen ex se se, sed gratijs & beneficijs dei potentes. Et hi maxime sunt liberi, & maxime item serui. deinde: secundi & ultimo loco, primi. Tertiū quidem sunt maxime liberi quo ad carnem, mūdum, & peccatum, & maxime serui iustitiae spiritus, iustitiae cœlesti & gratiae dei, & (ut sic dicam) maxime omnium, sicut Petrus, Paulus, Ioannes serui C H R I S T I. Et suo modo de alijs. Primi pedem habent in terra. Secundi, scandunt ad altaria. Tertiū, cœli sunt habitatores, qui nunquam suum timorem dimittunt. Alteri autem, id est primi & secundi, cum iam in cœlo sunt & cœlestiformes, suos timores commutant in purum timorem, ac puram dei reuerentiam. Et hi timores coniunctum habent eius qui solum ac solus timendum est amorem. Primus, minus, secundus, magis, tertius, maxime. Et in his etiam omnibus, charisma est amor. De alio timore qui nihil aliud est quam fuga mali atq; pœnæ, qui obiectum habet malum, aut quod apprehenditur ut malum: hic sermo non est, quia eo nullo modo timeri debet deus, qui est omne bonum, summum bonum, & infinitum bonum. Neq; hic timor qui bonus esse non potest, unquam ab apostolo iuberetur. Nunquam ergo ex dei benigno fauore nos deserat timor domini bonus, uel primus paruulos, uel secundus crescentes, uel maxime omnium, si gratia dei nos dignos fecerit per

Luce 12.

Psal. 110.

Prover. 15.

Psal. 5.

Psal. 33.

Esa. 11.

Cap. II. IACOBI FABRI STAPVLENSIS COMMENT.

fidei abundantiam, per spem & charitatem adultos & perfectos in C H R I S T O: tertius, quia non est nostrae potestatis, non est nostrarum uirium uel hunc uel istū uel illum habere: nisi imbre cœlestis gratiae nos irrigante. Septima:

18. Regem honorificate.] Regi subditos nos esse oportere, ut in uectigalibus, tributis, & id genus quæ sunt regij iuris exhibēdis: tertia admonitio docuit. Hæc autem docet peculiariter regi debitum honorem impendendum propter deum. Nam in genere quarta monuerat eum esse honorandum. Et nos regem propter deum honoramus: si potētiam illi à deo datam, & summæ maiestatis insigne in eo ueneramur, immo deum ipsum qui illi est potentia & maiestas, qui omnia in omnibus est ueritas: potentia quidē, qua sub deo prouidere debet, defendere subditos, iustitiam ministrare, clementer corrigere, subditos malos qui correptionem non recipiunt, è medio tollere, & multo magis deus hæc per ipsum. Et quāto hæc potentia & maiestas est maior & augustior, tanto quoq; est honoratior, ut in monarcha quādo deus dat monarchas, quām in particulari rege: quia in illo quām in hoc deus magis potentiam suam & maiestatem manifestat. Et quanto magis huius & illius potentiae ad iustitiam fidei, pietatem & spiritum dirigunt tanto honoratiores, ut potentia in apostolis qua poterat super nequitiarum spiritus & potestates tenebrarum ad fidem, iustitiam dei, & spiritū maior erat & honoratior quām Cæsar, qua solum poterat super carnales & mundanas potestates ad humanam iustitiam dirigens. Nec mirum, quandoquidem illi erant simiores C H R I S T O, qui rex regum, et dominus dominantiū, & per omnia secula solus monarches, ad diuinam iustitiam diriges: qui & in ipsis erat, & in ipsis operabatur. In Cæsare autem multo inferius operabatur, ad iustitiam scilicet huius mundi, corruptibile, non æternam, non ueram, et si umbram, aut potius phantasiam habeat iustitiae, cū & Molæica iustitia hac maior, non esset nisi ueræ iustitiae, quæ omnipotentis monarchæ C H R I S T I est umbra: qui sit ab omni potentia benedictus in secula. Tametsi sensus carnis potentiam Cæsaris maiorem & honoratorem aestimet potentiam, potentia apostolorū, quæ erat summi & potentissimi cœli & terræ monarchæ C H R I S T I potentia: longe secus sensus spiritus sentit & iudicat. Ille externa uidet, iste interna. Ille terrena, & ima, & pauca: iste cœlestia, summa, multa, immo et omnia. Ille fallax est & perdit, iste autem uerax & saluat. C H R I S T U M igitur uerū regem, uniuersorum monarcham, omne cum æterno patre habentem potentiam, omnia & super omnia tremenda maiestatem, super omnia honorificemus. Sed & nunc adhuc id de terrenis adjiciamus. Si rex terrenus quandoque ut dominus gubernat, nihilominus honorare debemus. Nam peccatum seruos facit, et seruis non debetur nisi dominus. Potestas igitur dominandi illi à deo datur, propter quam illi sunt honorandi. Etsi bene gubernant ut domini, dum aliter gubernare non possunt, bonam mercedem habent apud dominum. Si Bene ut reges maiorem; & ita secundum gradus suos. Si autem male, ut maiora in se tulere maiestatis & honorificientiae dona, sic maiora dedecoris & ignominiae patientur tormenta. Et utinæ sic fideles & secundum spiritum uiueremus omnes, ut C H R I S T U S unus omnium uere dominator agnosceretur, tunc cum non essemus serui peccato, sed liberi, daret nobis uere clemens dominus reges ministros suos, qui nos regerent ut summi regis filios, non dominos qui nos regerent ut seruos. Benedicta sint dei iudicia in omnis gubernationis mundi prouidentia, seu per monarchas, seu per reges, seu per tyrannos, seu etiam per immisiones, per angelos malos, & quascunq; potestates, quia sancta & iusta semper sunt & uera. Octaua:

19. Serui, subditi estote in omni timore dominis.] Qui fideles sunt, & conditione aliquo eventu subierūt seruilem, dominis suis subditi sint in omni timore propter deum.

deū. Et si ppter deū, quidni in omni timore bono qui reuerentia est erga dominos ad similitudinē timoris domini; Et illi primo se subdunt illorū potentiae, eamq; timent, quia deus illā dedit eis, qua possunt seruos secundū corpus affligere, & etiā si uolūt secū corpus perdere. Secūdo, timēt dños suos ob potentiam illā offendere, semper in potentia illa deū & dei ordinationē cogitantes Tertio, maxime si boni sunt domini, dei benignitatē imitantes, et ipsi serui sint bonitate iuxta suam conditionē perfecti, qualis puto Philemon, dominus fuit, et Onesimus seruus; eo timore timent dominos, quae syncera est in seruo sub deo reuerentia. Et seruorū quisq; horum timorum, amorem erga suos temporales dominos habet annexū in proportione timoris ad deum, de quo in sexta admonitione dictum iam est. Verū est tamen, quod hīc timor quo terreni domini timentur, si comparetur ad timorem, quo deum in se timere, id est, reuereri debemus, quodammodo non est timor: ut amor ergo dominos, ad amorem erga deum, quodammodo non est amor, sed quædam resulgētia, & (ut sic dicam) submicatio diuini timoris & amoris. Est etiā timor quidam uel potius labes & prolapsio timoris, quo serui timent pœnas, quas & habent obiectum sui timoris, non potentiam à deo, non dei ordinationē, & dominus est eis terrori, ut crudelitatis simulachrum; & hīc timor uilis, pure ser uilis & malus est, quo neque dominus terrenus, tanto minus deus timeri debet. Imò hīc est diabolicus, & eo timore deum timet diabolus, à quo & malis seruis erga dominos, & reprobis hominibus erga deum, hīc timor instillat, huic timori odium, blasphemia, & omne uirus maligni adhæret. Cum timor domini hominib; suadetur, & hoc in loco ab apostolo, & à C H R I S T I spiritu in alijs sacræ scripturæ locis; hunc diabolus insufflat, hūc ingerit, hunc suggerit, mentem cæcat ne uideant uerum dei timorem. Hunc igitur fugite serpentem, hunc anguem, hoc aflatust maligni uirus; & sentite de domino in bonitate semper, & gustate quoniā suavis est dominus, & estote ueri timorati, & ueri dei amatores. Et hæc ut de dominis & seruis; ita & de patribus familiās & domesticis famulis intelligi possunt. Quandoquidem famuli, & si non simpliciter, sed pro mercede serui, timere & reuereri propter deum debent eum, cui deus dedit patris familiās potentiam & honorem. Sed quid si perfecti non sunt domini, ut pura reuerentia à seruis timeri nō possint, nōne subditi illis, & eos timebunt, ac etiam amabunt: Subditi sanè erūt, timebunt, & secundum deum amabunt, & in hoc maiorem gratiam obtinebunt apud deum, propter quem, & cuius contemplatione, eiusq; potentiam & ordinationem hæc faciunt. Ideo subdit Petrus:

Non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis. Hæc est enim gratia, si propter dei conscientiam, sustinet quis tristitias, patiēs iniuste. Quæ enim est gratia, si peccantes & colaphizati suffertis; Sed si bene facientes, patiēter sustinetis, hæc est gratia apud deū. In hoc enim uocati estis, quia & C H R I S T U S passus est pro uobis, uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius. Qui peccatum non fecit, nec iniuentus est dolus iu ore eius: qui cum malediceretur, nō maledicebat: cum pateretur, non cōminabatur: tradebat autem iudicati se iniuste: qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: ut peccatis mortui, iustitiae uiuimus, cuius liuore sanati estis. Eratis enim sicut oves errantes, sed conuersi estis nūc ad pastorem & episcopum animarū uestrarum.] Domini boni & modesti, sunt domini fideles, spirituales, & quodammodo Christiformes. Dyscoli autem sunt praui, austeri, maligni (id enim τοῖς σκολιοῖς designat) difficiles, morosi, modesti oppositi, habent tamen à deo dominandi potestatem. Nam omnis potestas à domino deo est: abusus & prolapsio, ab hominibus & à maligno euenit. Et prauis et austeri dominis, etiam subiectio & timor debetur propter deum. Primo: Quia

si subditi propter id quod cōscij sunt uoluntatis ordinationisq; diuinæ, molestias patienter ferunt, afflicti iniuste; gratiam obtinent apud deum, propter cuius ordinatiōnem patiēter iniuste patiuntur. Nam ipse iustus est. Et cum domini eam gratiam quam seruis imitatione benignitatis diuinæ deberent, nō impendant; rependet eis deus atq; benefactum compensabit, insuper & pro iniusto supplicio, eisdē nouam addet gratiam. Secundo: Quia si serui solum cum peccarent in dominos, dominorumq; seruitia, molestias patienter ferrent, nulla gratia, nulla laus, nulla gloria (id enim κλέος significat) ipsis debetur neque à dominis, neque à deo. Sed quando nihil peccantes molestias æquanimiter ferunt propter deum, gratia est ipsis apud deum. Tertio: Ad hoc ipsum uocauit eos ad fidē dominus, ut suū ipsius essent imitatores. Atqui pro nobis passus est, non quia afflictione, cruciatu, aut morte dignum quicquam admisisset, sed ut nos redimeret, insuper & ut se nobis relinqueret sanctæ patientiæ exemplum, qui peccatum non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius; uirorum solus uere insons & uere innocens, immo ipsa exemplaris innocentia. Et omnia quidem passus est summa patientia, ut qui cum maledictis lacerretur, maledicta non retaliabat: cum pateretur affligereturq; poenis, uindictam non cōminabat, sed permittebat ut terrenus iudex ipsum iniuste condemnaret, siue ut Græcus codex habet, πάσχωμον οὐκ ιπείλει, πρεδίδεται καί ινούλει, id est, qui cum pateretur, non minabatur ultionem, sed uindictam faciendo tradebat relinquebatq; patri & deo qui iudicat omnia iuste, qui ait: Mihi uindicta, & ego retribuam. Tradebat ergo uindictam patri, qui uoluit ipsum insontem mori pro omnibus nobis plusquam sōntibus, qui plusquam morte digni eramus.

Deut. 32. Et posuit in eo iniuitates omnium nostrum, omnium peccatorum nostrorum satisfactionem, suntq; omnia credētium peccata in cruce cum ipso affixa mortuaq;, æterni patris summa & inexcogitata benignitate, misericordia, miseratione in morte eius cōdonata, remissa, deleta, ut per eam nos mortui peccatis, & in resurrectione iustificati, iustitiæ uiuamus. Plagis eius nostrarū animarum plagæ, quas pro nostris peccatis pati merebamur, sanatæ sunt, sicut scriptum est: Ipse autem uulneratus est propter iniuitates nostras, attritus est propter scelera nostra, et liuore eius sanati sumus. Quomodo igitur (ad seruos inquit Petrus) uos non imitabimini eum, molesta quæq; nihil etiā male meriti, patiēter ferentes propter ipsum, qui pro uobis tam immeritas patienter passus est, qui tam insigne uobis reliquit exemplum, ut uos qui ad ipsum fide accessistis, sequamini uestigia eius. Sic enim in uestitis habetur latinorū codicibus: Quia & C H R I S T U S passus est pro uobis, uobis relinquent exemplum, ut sequamini uestigia eius: utrobiq; uobis secunda persona. Sic & Græce in castigatis (ut arbitror) tribus archetypis, οὐ ηγήγορος πατέρης οὐ μάρτυρ, οὐ μήτηρ πολιμωτάνωρ οὐ πόγραμμον, ubi οὐ μῶρον οὐ μῆτρα, uobis & uobis, sunt secundæ personæ, & monstrant seruis, ad quos Petri dirigitur sermo. Sed non solum pro seruis C H R I S T U S passus est, illis relinquent exemplū, sed pro nobis omnibus, & relinquent nobis omnibus, cuiuscunq; fuerimus conditionis exemplū.

Nōnne igitur par est illos & nos omnes meminisse, nos olim fuisse oues errantes absq; pastore, in omne scelus prouentes, priusquam illa immensa clementia bonitas nos per filium suum uisitasset: nunc autem nos prius auersos, de tenebris convertit ad lucem, de errore ad ueritatē, de morte ad uitam, de infernali lupo ad cœlestem pastorem dominum nostrum I E S U M C H R I S T U M, episcopum & curatorem animarum nostrarum, per quem cognoscimus & adducimur ad cœlestē partem. Cui per ipsum, & cum ipso omnis honor, decus, & imperium in omnia seculorum secula, Amen.

CAPUT TERTIVM.



- 21 IMILITER & mulieres, subditæ sint uiris suis, ut et si qui nō credūt uerbo, per [mulierum] conuersationem sine uerbo luctriant, cōsiderātes [in timore]
- 22 [sanctam] conuersationem uestram. Quarū non sit extrinsecus [capillatura, aut circūdatio] auri, aut [indumenti uestimentorum cultus:] sed qui abscōditus est cordis homo in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in conspectu dei[locuples.] Sic enim aliquādo & sanctæ mulieres sperantes in deo, ornabant se, subiectæ proprijs uiris. Sicut Sarra obediebat Abrahæ, dominum eum uocans: [cuius] estis filiæ, benefacientes, & non pertinentes [ullam perturbationem.]
- 23 Viri similiter cohabitantes secundum scientiam, quasi infirmiori uasculo muliebri imparientes honorem, tanquā [co hæredibus] gratiæ uitæ, ut nō [impediantur] orationes uestræ.
- 24 In fide autem omnes [unanimes compatientes] fraternitatis amatores, misericordes, [modesti, — humiles,] non reddentes malum pro malo, nec maledictū pro maledicto; sed è contrario benedicētes, quia in hoc uocati estis, ut benedictionem hæreditate possideatis. Qui enim uult uitā diligere, & dies uidere bonos, coérceat linguam suam à malo, & labia eius ne loquantur dolum. Declinet à malo, & faciat bonū; inquirat pacē, & sequatur eam: quia oculi domini super iustos, & aures eius in [preces] eorum: uultus autem domini suus per facientes mala. Et quis est qui uobis[no] ceat, [si[boni] æmulatores fueritis? Sed et si qd patimini propter iustitiam, beati. Timorem autem eorum ne timueritis, [ut non] conturbemini. Dominum autem [CHRISTVM] sanctificate in cordibus uestris. Parati semper ad [satisfactionē] omni poscenti uos [rationē] de ea, quæ in uobis est, spe, sed cum [modestia & timore,] conscientiam habentes bonam, ut

ANNO T.

uxorum, γυναικῶν.

ἐπ φόβῳ, cum reuerentia.

puram, castam, ἀγνήν.

qui ex plicatura capillorum, οἱ circumpositione, ἐκ πλοκῆς τριχῶν, οὐεὶ πριθέσεως. amictus palliorum ornatus, ἐνδύσεως ἡματίων κόσμος.

sumptuosa, preciosares, πλούτελές.

cuius, scilicet Sarre, οὗ.

ullo pauore, aut ullum paucorem, μικρὸν πλοκόπιον.

οἱ coheredes, οὐεὶ συγκλητοί νόμοι. interrumpantur, ἐκοπόπεδα.

finis aut, in summa, τὸ διάτελον.

concordes, conspirantes, οἱ μόφρουνες, συμπαθεῖς. affabiles, φιλοφρουνες.

precem, δέκαστρη.

afflictionem afferit, οἱ κακώσωντες.

neōt, αἱ δέ.

deum, τὸν θεόμ.

defensionem, responsonem, ἀπο-

λογίαν. sermonē, λόγον.

mansuetudine & reuerentia,

πρεσβυτέρος οὐεὶ φόβος.

in eo quod detrahunt de uobis, t confundantur qui calumniantur uestram bonā in C H R I S T O conuersationem. Melius est enim, ut benefaciētes (si uoluntas dei uelit) pati, quām malefacentes. Quia & C H R I S T V s semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos offerret deo, [mortificatos] quidem carne, [uiuificatos] autem spiritu. In quo & his qui in carcere erant [spiritu] ueniens prædicauit, qui increduli fuerant aliquando, quando[expectabant dei patientiam] in diebus Noë, cum fabricaretur arca in qua [pauci,] id est, octo animæ saluæ factæ sunt per aquam. Quod & uos nunc [similis formæ] saluos facit baptisma, nō carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in deū per resurrectionē I E S V C H R I S T I — à mortuis, qui est in dextera dei, — deglutiens mortē, ut aeternæ hæredes efficeremur: profectus in cœlum, subiectis sibi angelis & potestatibus, & uirtutibus.

COM MENT. IN C A P. T E R T I V M.

PROSEQVITVR Petrus apostolus nonam exhortationē, de uxoris erga suos uiros, quæ est huiusmodi:

21 " Similiter & mulieres subditæ sint uiris suis, ut et si qui non credunt uerbo, per mulierum conuersationem, sine uerbo lucrifiant, considerantes in timore sanctam conuersationem uestram.] Nō solum ad fideles mulieres quæ uiros habēt fideles hic sermo dirigitur, uerum etiā ad eas quæ uiros habebant adhuc infideles, qui nō credebāt euangeliō, ut per sanctam earum cōuersationem possent uiuo exemplo opereq; lucrifieri C H R I S T O, inseriq; ecclesiæ primū illecti sine uerbo, dum ipsi intuunt̄ puram & castam earū cōuersationē et uitam. Sed qua uelit eas conuersatione esse, quóue ornatu placere uiris suis, subdit dicens:

22 " Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus, sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in conspectu dei locuples. Sic enī aliquando & sanctæ mulieres sperantes in deo ornabant se, subiectæ proprijs uiris. Sicut Sarra obediebat Abrahæ, dominum eum uocans, cuius estis filiæ benefacientes, & non pertinentes ullam perturbationem.] Mulieres mundanæ student placere uiris suis eo ornatu qui foris appetet, ut cincinnis & crispatura capillorum, circumpositione auri, nunc à fronte & capillis, nunc à collo pendentis, & in uestitus multiplicitate, imò curiosa superfluitate & uanitate indumentorum. Sed tali ornatu nō uult apostolus C H R I S T I, spirituales mulieres studere uiris suis placere, uerum eo qui est interior homo, homo cordis, homo genitura dei innouatus in incorruptibilitate spiritus mansueti et quieti; qui licet spiritus sit absconditus hominibus, deo tamen est apertus & admodum sumptuosus atq; preciosus. Hoc siquidem ornatu placuit Sarra Abrahæ, ipsum uocās dominum. Abraham, figura dei patris,

Isaac



† ut malefactoribus, ὡς κάκος ποιῶν.

θενατωθείς, mortificatus.
uiuificatus, ἐωριθθείς.

spiritibus, πνεύμασι.

semel expectabat dei patientia, ἀπαρχή ἐξεδέχετο τὸ θεῖον μαρτυρικόν.
paucæ, ὀλίγοι.
exemplar, ἀντίτυπον.

Isaac, filij Sarra, ecclesiae. Abraham filium suum deo sacrificium uoluntate obtulit. Deus pater, filium suum uoluntate & exequutione sacrificium pro hominibus dedit. Isaac post immolationis propositum cum patre uenit. CHRISTVS post immolationem rediuitus, ad patrem ascendit, qui & ad dexteram eius resedit, sedes in sempiternum. Quae ergo interiori ornatu obedientiae, modestiae, mansuetudinis, taciturnitatis, puritatis, & castitatis studet placere uiris suis, filiae sunt Sarræ, id est ecclesiae, dum sic sancte conuersantur, neque ullo pauore uirorum suorum, qui in immodestas & loquaces cadere solet concutiuntur. Quales etiam & nonnullæ aliae sanctæ mulieres in figura præcessere, sic subiectæ uiris suis, placetes: ut Rebecca, Rachel, Asenec, & quæ similes illis fuere. Decima:

23. Viri, similiter cohabitantes secundum scientiam, quasi infirmiori uasco mu
liebri impartientes honorem, tanquam & cohæredibus gratiae uitæ, ut non impe
diantur orationes uestræ.] Viri uxoribus suis congregredi debent, non uelut peco
ra ignorantes, sed uelut cognoscentes, & scientiam dei habentes, prolis habendæ
gratia, & sanctæ quidem prolis, cum hoc contubernium quodammodo sit my
sterium & symbolum CHRISTI & ecclesiae. Quare sancta & casta, et minime in
temperans, uel lasciuadebet esse huiusmodi communio. Et qui hoc modo conuer
santur infirmiori uasco muliebri, quod à deo ordinatum est, ut solū adferat filios,
sanctamq; CHRISTO prole: infirmiori naturæ deferunt honorem, ut CHRISTVS
ecclesiae. Et ut ecclesia cum gignit, ex filijs naturæ filios CHRISTI, à laude non
cessat & oratione: sic nec uiri ob indiscretum thorū cum sanctis uxoribus suis à
laudibus & gratiarum actione beneficiorum dei cessare non debent, ut qui cum
suis uxoribus cohæredes sunt gratiae & immortalis & æternæ uitæ. Undecima:

24. In fine autem, omnes unanimes, compatientes, fraternitatis amatores, miseri
cordes, modesti, humiles, non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro
maledicto: sed è contrario, benedicentes, quia in hoc uocati estis, ut benedictionē
hæreditate possideatis. Qui enim uult uitam diligere, & dies uidere bonos, coera
ceat linguam suam à malo, & labia eius ne loquantur dolum. Declinet à malo, &
faciat bonum: inquirat pacem, & sequatur eam. Quia oculi domini super iusto
& aures eius in preces eorum: uultus autem domini super facientes mala.] Fine,
summam, & anacephalæosim prædictarū adhortationū esse uult, ut omnes, tam
uiri quam mulieres, concordes sint, affectu conspirantes fratrum, id est, fidelium
amatores, ex intimis præcordijs misericordes, affabiles, non rependentes alijs ma
lum pro malo, conuicium pro conuicio, sed contra, bonum pro malo, & bonum
uerbum pro conuicio, etiam bonum & benedictionem ipsis à deo imprecantes:
cum id scire debeant, seipso dei benignitate ad hoc uocatos esse, ut benedictionē
& æternam quidem benedictionem à deo hæreditate possideant, & cum insuper
hoc spiritus sanctus per regit psaltem ipsis insinuet, cum ait: Quis est homo qui
uult uitam, diligit dies uidere bonos? Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua
ne loquantur dolum. Diuerte à malo, & fac bonum, inquire pacem: et persecuere
eam. Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Vultus autem do
mini super facientes mala. Duodecima:

25. Et quis est qui uobis noceat, si boni æmulatores fueritis? Sed et si quid patimi
ni propter iustitiam, beati. Timorem autem eorum ne timueritis, ut non contur
bemini, Dominum autem CHRISTVM sanctificate in cordibus uestris.] Nullū
nocumentum, nullam afflictionem timere debemus, si sumus CHRISTI imita
tores. Hi enim uel soli sunt imitatores boni. Si aliud imiteris quam CHRISTVM,
non es perfectus imitator. At à quibus nocumenta timeremus? An à cœlestibus
spiritibus; at nobis sunt propitij, & cum cœlestibus iniuiimus amicitias. An à dæ
moni?

Cap. III. IACOBI FABRI ST APVLENSIS COMMENT.

monibus & malis angelis: Sed fides, sed sp̄ritus C H R I S T I, sed C H R I S T V S ipse qui nobiscum est, illis est potentior. An à bonis hominibus: sed nobiscū cordant, nos amant, & in re quacunq; possunt adiuuant. An à malis hominibus? Sed an nocent, cum nobis eo ipso quod nos affligunt, aut quod nobis nocere putant, beatitudo accrescit, & in cœlis gratiæ merces ad quam fidelis animus uel Matth. 5. maxime aspirat: cum scriptum sit: Beati qui persequitionem patiuntur propter iustitiam. Ergo nullus metus nocumentorum, afflictionum aut pœnarum nos ar Lucre 12. cere debet à sancta illa C H R I S T I imitatione. Et quid etiam eos timeremus, quid eo metu trepidaremus quasi infideles: cum scriptum sit: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Sed dominum nostrum I E S U M C H R I S T U M in cordibus nostris sanctificemus, ipsum solū quippe qui deus est timentes ac reuerentes, sed timore puro, sancto atq; casto. Decimatertia:

26. Parati semper ad satisfactionem omni poscenti uos rationem de ea quæ in uobis est spe: sed cum modestia & timore, conscientiam habentes bonam: ut in eo quod detrahunt de uobis, confundant qui calumniantur uestram bonā in C H R I S T O conuersationem. Melius est enim ut benefaciētes (si uoluntas dei uelit) pati, quām malefaciētes. Quia & C H R I S T V S semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos offerret, mortificatos quidem carne, uiuificatos autem spiritu. In quo & his qui in carcere erant spiritu ueniens prædicauit: qui increduli fuerant aliquid, quando expectabant dei patientiam in diebus Noë, cum fabri caretur arca, in qua pauci, id est octo animæ saluæ factæ sunt per aquam. Quod et uos nunc similis formæ saluos facit baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in deum: per resurrectionē I E S U C H R I S T I a mortuis, qui est in dextera dei, deglutiens mortem, ut uitæ æternæ hæredes effice rent, profectus in ccelum, subiectis sibi angelis, & potestatibus, & uirtutibus.] Si quis etiam infidelis petit à nobis sermonem de spe quam in C H R I S T O habemus uitæ æternæ, parati esse debemus ad defensionem, siue ad responsionem (id enim προς ἀπλογίαν signat) cum modestia tamen, et dei timore. Et quomodo propter iustitiam qui nullum timent nocumentum, nullam persequitionem, sed sanctificant C H R I S T U M in cordibus suis: formidarent facere uerbū ad defensionē & tutamentum suæ fidei, et spei quam habent in C H R I S T O, aut ad instructionē eorum qui petunt, si forte persuasi, communis participes efficiantur salutis: Id tamen facere debent cum modestia & dei timore, id est reuerentia, conscientiæ habentes nullo modo sauciam. Et id quidem non solum quia hi mores christianorū sunt, sed ut iij qui calumniantur sanctam eorum in C H R I S T O conuersationē ac uitain, pudore suffundantur in eo ipso quod de ipsis obloquuntur, & à propria conscientiæ redarguti, dei miseratione ad meliorem uitæ frugem trahantur. Hoc enim optat conscientia eorum bona, modesta & cum reuerentia exhibita ante illos suæ uitæ conuersatio, ac fidei suæ defensio siue manifestatio. Sunt & qui ex hoc loco intelligi uolunt, nos paratos esse oportere reddendæ rationi ad quemcunq; poscentem rationem, Iudæum, gentilem, neophytum, de nostra fide & spe. In qua re nimirum humana ratio non tam prudenter quām frustra laboraret: cum fides nostra & spes eorum sint quæ sunt supra nostram rationem. Sed occasionē præbuit interpres qui uertit: Parati semper ad satisfactionem omni poscenti uos rationem de ea quæ in uobis est spe. Græce habetur, ἐπιμοι δὲ αἱ προς ἀπλογίαν πάντες τοῦντο μαζελόγοι πρὸς οὐδὲ μηδέ λαπίδος, quod & uerti poterat: Parati autem semper ad responsionem omni petenti à uobis sermonem de ea quæ in uobis est spe. Hos monymum est enim, λόγος, ad rationem & sermonem. Ratio magis ad contentionem, sermo ad modestiæ pertinere uidetur. Contentionem prohibet Paulus, dicens:

dicens: Si quis autem inter uos uidetur contentiosus esse, nos talem consuetudinē 1. Corinth. 11.
non habemus, neq; ecclesia dei. Videtur ergo rectius interpretandum fuisse, ser-
monem. Sed quem sermonem obsecro, nisi sermonem quod uerbum dei est, et fi-
delem in doctrina uitæ instructionem, non humanam de diuinis rationem, quæ ni-
hil aliud est quam obscura lucerna ad ostendendum in meridie solem. Quod si ra-
tio de diuinis reddenda est, non alia reddi potest quam diuina: ut cum interdū ali-
quod uerbum dei, id est aliquis sermo nobis est opertum: per aliud uerbū dei red-
ditur nobis perfectum, dilucidum & apertum. Et hunc qui modo dictus est, arbi-
tror huius loci esse sensum; non quem uult schola, humane non diuine, rationabi-
liter nō spiritualiter diuina discentiū. Est enim diuinorum fidei sensus, super ratio-
nem & intelligentiam. Secundo: Illis melius est, ut benefacientes, id est, uitam
suam in CHRISTO, imò CHRISTVM in sua uita manifestantes, modeste &
reuerenter ihs qui de ea re eos interrogant, respondendo, patientur, si ita diuinæ
uoluntati uisum fuerit, quam malefacientes, id est non respondentes, aut nō cum
modestia satisfacientes. Nam etsi hominum pœnas, dei tamen ultionem nō eu-
dent. Scriptum enim est: Omnis qui me confessus fuerit coram hominibus, con-
fitebor & ego eum coram patre meo qui in cœlis est. Ergo sustineamus, & sine ul-
Matt. 10.
lo timore modeste & reuerenter defendamus fidem & spem quam habemus in
CHRISTO, synceram, puram, sanctam ad populum & quoscunq; per uerbum
dei habentes sermonem: & quantumcunq; possumus, ad hanc gratiam cum mo-
destia & reuerentia omnes alios qui eam non habent, per spiritum fidei illumine-
mus. Ad quod exemplum habemus dominum nostrum IESVM CHRISTVM,
qui semel pro peccatis nostris morte oppetit, iustus pro iniustis: ut mortuos car-
ni, uiuificatos autem lumine fidei, offerret deo patri: qui mortificatus quidem fuit
secundum carnem, sed uiuificatus secundum spiritum: in quo semper uiueris, spi-
ritu descendit ad inferos, non quidem ut ab eo teneretur, qui erat inferni uictor,
destructor, spoliator: sed ut illuminaret spiritus qui erat in carcere, & prædicaret
eis qui aliquando increduli fuerant, ut temporibus Noë, cum eos dei longanimi-
tas sustinuit, tolerauit, expectauit dum extrueretur arca in qua pauci, id est, octo
animæ, Noë, Sem, Cham, Iaphed: & quatuor eorum uxores, saluæ factæ sunt per
aquam, quæ figura erat baptismi, qui nos saluos facit, non ablutione externa for-
dium carnis, sed ablutione interna conscientiae interrogatae, examinatae, purgatae
fide in deum, per resurrectionē IESV CHRISTI à mortuis, qui est in dextera dei
patris sedens, mortis destructor, uitæ largitor, ut uitam æternā hæreditate percí
peremus, qui profectus in cœlum, sublimatus est super angelos & potestates, &
uirtutes, id est, omnem cœlestium spirituum sublimitatem, in eadē cum patre ma-
iestate. Cui honor & gloria in sempiterna secula. Amen.

CAPVT QVARTVM.

ANNOT.

27



HRISTO igitur passo — [in]
carne, & uos eadem cogitatione
armemini, quia qui passus est in
carne, desit à [peccatis,] ut iam
nō [desiderijs] hominum, sed uo-
luntate dei quod reliquum est in carne uiuat tem-
poris. Sufficit enim præteritum tempus † ad uo-
luntatem gentium cōsummandam, his [qui am-

† pro nobis, ὑπὲρ ἡμῶν.

peccato, αμαρτίᾳ.

concupiscentijs, ἐπιθυμίᾳ.

† uitæ, τοῦ βίου.

qui ambulabat in lasciujs, con-

Cap. IIII. IACOBI FABRI STAPVLENSIS COMMENT.

bulauerunt in luxurijs, desiderijs, iuinolentijs, comesationibus, potionibus, ebrietatibus, & illicitis idolorum cultibus.] In quo admiratur non concurrentibus uobis in eandem luxuriaæ confusionem: blasphemantes, qui reddent rationem ei, qui paratus est iudicare uiuos & mortuos. Propter hoc enim & mortuis euangelizatum est: ut iudicentur quidem secundum homines in carne, uiuant autem secundum deum in spiritu. Omnia autem finis appropinquabit.

- 28 Estote itaque prudentes, & uigilate in orationibus. Ante omnia autem mutuam in uobis metipsis charitatem continuam habetis: quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitalis in uicem sine murmuratione. Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterius illam administrantes: sicut boni dispensatores multiformis gratiae dei. Si quis loquitur quasi sermones dei: si quis ministrat, tanquam ex uirtute, quam administrat deus, ut in omnibus honorificet deus per IESVM CHRISTVM: cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen. Charissimi, nolite peregrinari in feroce, qui ad tentationem uobis fit, quasi noui aliquid uobis contingat: sed communicantes CHRISTI passionibus, gaudente, ut & in reuelatione gloriae eius gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine CHRISTI, beat eritis: quoniam quod est honoris, gloriae, & uirtutis dei, & qui est eius spiritus, super uos requiescat. Nemo autem uestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut maleficus, aut alienorum appetitor. Si autem ut christianus, non erubescat, glorificet autem deum in isto nomine, quoniam tempus est ut incipiat iudicium a domo dei. Si autem primus a nobis, quis finis eorum qui non credunt dei euangelio: Et si iustus quidem uix saluabitur, impius & peccator ubi parebunt? Itaque et hi qui patiuntur secundum uoluntatem dei, fideliter creatori commendent animas suas in benefactis.]

COMMENT.

cupientibus, οργευομένους ἐπιθυμίας.
αστελγίας, ἐπιθυμίας.

prophanis idololatrijs, αθεοίο τοις εἰδωλολατρίαις. luxus refusioν, ασωτίας ανάχυσις.

appropinquauit. Estote ergo temperantes, ἡγικε. σωφρονίσατε οὐρη.

ad, erga uosipso charitatem extensam, τὴν οἵτις έσωτον αγάπην ἔκτενη. opperiet, παλύτερη murmurationibus, γογώσ μῶρον, χάρισμα.

uarie, πεικίλας. tanquam eloquia, ως λόγια. fortitudine, χύνος subministrat, χρήση. glorificetur, δοξά. ζηταί.

Dilecti, ne miremini in incendio uastro, αγαθοῖς, μη ξενίζετε τὴν υπὲρ μητρὸν πυρώσατε. sed quatenus communicatis, φλακαθό κοινωνεῖτε.

quia qui est gloriae, et qui est spiritus dei super uos requiescit & ab illis quidem blasphematur, a uobis autem glorificatur, διτόνοις θέλησης ιούτης πνεῦμα εφ' οὐρανούς αναπαύεται. κατὰ μὲν αὐτοὺς θλασφημᾶται, κατὰ δὲ υμᾶς θρησκεύεται. maleficus, aut alienorū curiosus explorator κακοποιὸς ή αλλοτριοεπισκόπος. in hac parte, ἐν τῷ μέρει τούτῳ.

difficiliter saluatur, seruatur, μόλις σώζεται. comparebit, φανεῖται. conditori, κτιστός.

beneficentia, αγαθοποιία.

COMMENT. IN CAP. QVARTVM.



LIA M ponit instructionem Petrus apostolus, instruēs gentiles ad CHRISTVM uocatos, & iam ad christianismū receptos, & in ipsis nos christianos, qui C H R I S T I nomen portamus, & uitam christianam profitemur, oportere in carne esse passos. Et hæc est decimaquarta adhortatio.

27 C H R I S T O igitur passo in carne, & uos eadem cogitatione armamini. Quia qui passus est in carne, desistat à peccatis, ut non iam desiderijs hominum, sed uoluntate dei, quod reliquum est in carne uiuat temporis. Sufficit enim præteritū temporis ad uoluntatem gentium consummandam: his qui ambulauerunt in luxurijs, desiderijs, uinolentij, cōmesationibus, ebrietatibus, & illicitis idoloruū cultibus. In quo admirantur, non concurrentibus uobis in eandem luxuriæ confusione, blasphemantes: qui reddent rationē ei qui paratus est iudicare uiuos & mortuos. Propter hoc enim & mortuis euangelizatum est, ut iudicentur quidem secundum homines in carne, uiuant autem secundum deum in spiritu. Omnia autem finis appropinquauit.] Primo, decet uocatos accitosq; & ad C H R I S T I gratiā admisso, esse passos in cruce, mortuosq; carni: cū C H R I S T V S fuerit passus in carne, id est, mortuus carni, nō solum cum animā posuit in cruce pro nobis, sed toto temporalis uitæ suæ tempore. Si quidē esse passum in carne, esse mortuū carni, est concupiscentias peccati in carne esse extinctas atq; mortuas. At quis nescit C H R I S T V M peccati somitem non habuisse, & ideo nullas unquam peccati habuisse concupiscentias, sed semper in carne fuisse passum, carniq; mortuū? Et ipsi debet illa cogitatione armari: oportere se in carne esse passos, mortuosq; carni. Quia quisquis ex nobis hoc modo passus est & mortuus, desistat à peccatis, ut non iam secundum concupiscentias carnalium hominum uiuat, reliquum tempus quod in mortua carne, id est concupiscentijs mortificata manet, sed secundum dei uoluntatem. Quod mortuis peccatis, iusticiæ dei quæ est per fidem I E S V C H R I S T U I uiuentis, gratia & spiritus dei donare potest. Secundo: Sic ad C H R I S T V M admissionis olim gentilibus sufficiebat præteritū tempus, in quo desideria carnis compleuerant, ambulando in lasciuj, concupiscentijs, & temulentijs, crapulis, compositionibus, & nefandis idololatrijs. Hæc enim sunt opera uiuentium in carne, & nondum per fidem & spiritum Christi carni mortuorum, qui non amplius secundum carnem ambulabant, sed secundum spiritum, casti, abstemij, sobrij, omnem luxum cibi, potus, uestium uitates, & sancti dei cultores. Quorum tam diuersam conuersationem uiidentes, admirabantur ij qui remanserant carnales & perditū homines, quod ex ipsorum turba acciti fideles, non concurrebant in eandem luxuriae superfluitatem, in tantā immundiciæ colluuiem; & blasphemabant, execrandaq; conuicia intorquebant, et maledicta in eos euomebant. Qui nihilominus & de operibus carnis, & de conuicijs reddituri sunt rationem ei, qui in promptu habet iudicare uiuos et mortuos: uiuos quidem spiritui, & mortuos carni qui boni, iusti & fideles sunt, & uere uiuentes: & mortuos spiritui, uiuentes autē carni qui mali, iniusti & infideles sunt & uere mortui. Tertio: Ea ob causam gentibus quæ omnes per fidei defectum, per idololatria & dei ignorantiam mortuæ erant, prædicatum est euangelium, ut apud homines quidem iudicetur, discernantur, dino-scantur mortuæ carni, apud deum autem uiuant spiritui. Quarto: Omnia finis, temporalisq; uitæ terminus in proximo est. Quid igitur pro tam exiguo temporalis uitæ curriculo carni uiuemus, spiritui mortui, ut perpetuo deo moriamur? Passi igitur in carne, mortuiq; carni, id est, per spiritum fidei plene secundum carnis concupiscentias mortificati, sed spiritui uiuentes, momentanea uitam transi-

Cap. IIII. TACOBI FABRI STAPVLENSIS COMMENT.

gamus. Et certe hæc instructoria adhortatio ad nos pertinet, & utinā sufficiat nos
bis præteritum tempus quod cum rubore & uerecundia recogitemus male trans-
actum, imò pessime ad CHRISTI iniuriā consumptum in luxurijs, desiderijs car-
nis, in comedationibus, in ebrietatibus, & alieno à uero deo cultu per uerbum
dei, quod iam pleriq; in locis sincere pureq; adnuntiatur, resumpta fide spirituq;
fidei, & nobis per hanc gratiā ad CHRISTVM innouatis. Hic spiritus est per quæ
sunt uere fideles, & mortui carnī; sed CHRISTO spirituq; eius uere uiuētes. De
cimaquinta:

28. Estote itaq; prudentes, & uigilate in orationibus.] Estote prudentes, uoca-
bulum quo hic uititur Petrus σωφρονίσατε designat potius temperātes & modestā
estote quam prudentes. Iubet igitur temperantiam uitæ, non modo secundū car-
nem, sed secundum mentem, quam sequitur prudentia secundum deum. Ut enim
intemperantia carnis quæ est in nimia occupatione cibi, potus, & uoluptatū cor-
porearum, impedit corporis uigilantiam, & debitum erga homines officium, ut
qui eiusmodi sunt reputenſ inter carnales, imprudentes; sic nimia occupatiomen-
tis circa uarias disciplinas alienas à uerbo dei, tanquā uarias escas & ueneres men-
tis, mentis uigilantiam impedit, ut officium præstet erga deum, quod maxime illi
debetur, quod est orare spiritu & mente, & sunt eiusmodi inter spirituales, impru-
dentes. Primum igitur est, ut temperantes mente simus: deinde seduli, attēti & uigilantes in ihs quæ dei sunt, sp̄ritus & fidei: quod sequitur corporis & mentis tem-
perantiam. Attenti dico fide & spiritu ad dei seruitium, ad orationes puras & san-
ctas, quas secretus opifex sp̄ritus in fidelium mentibus operatur, qui est sanctorū
infusor cogitatum. Quis enim terrenorum regum seruos intemperātes, ac pro-
indehebes & imprudentes, corpore pigros, desides & somnolentos diligenter?
Quid igitur de æterno rege sp̄irituum dicemus? Decimasexta:

29. Ante omnia autem, mutuam in uobis metipls charitatem continuam habētes:
quia charitas opperit multitudinem peccatorum.] Cum officium spiritualium
erga deum sit orare, deumq; pure ac sancte colere, ad quod ordinatur per præce-
dentem σωφροσύνην καὶ νήφωσι, id est temperantia, modestia, sobrietas ac uigilan-
tia, suntq; orationes sanctorū, spiritualia thura, spiritualiaq; thymiamata. Thura
autem & quæq; thymiamata sine igne, deo nunquā offeramus, orationes sancto-
rum nuncq; sunt offerendæ sine flammatu ad deum charitate, quæ orationes eorū
incendit, incensæq; ad deum transeunt. Quapropter cum ille ignis quo thymia-
mata sp̄ritus incenduntur, maior sit & permanentior, & (ut sic dicam) ignis sacri-
ficij inconsumptibilis: iubet Petrus hanc fidelium charitatem esse extensam ad
fratres, iugemq; ac perpetuam; sed & uicissim illorum, mutuam atq; reciprocam.
Et has perinde ac ignitos carbones, in acerra animæ sese mutuo ad diuinorū thy-
miamatum incendia purumq; dei cultum fouētes. Et ut erga deum nihil est quod
eminentiæ præcedat sp̄iritus charitatem: sic erga fratres omnia præcedere debet
huiusmodi charitas, quæ dei donum est, ut eam non à se & suis uiribus, sed à deo
expectet. Et insuper hanc habentibus affert utilitatē, quod sicut ignis purgat om-
nia quæ illi apponuntur, sic charitas sp̄iritus ad deum primo, & subinde ad proxī
mos & fratres, imò & ad inimicos ignis est purgans peccata: sicq; anima & carne
per eam puriore auro effecta, opperit multitudinē peccatorum, cum charitas nō
æmuletur, non agat perperam, non infletur, non sit ambitiosa, nō querat quæ sua
sunt, non irritetur, non cogitet malum, non gaudeat super iniuitate, congaudeat
autem ueritati, omnia sufferat, omnia credat, omnia speret, omnia sustineat. Quid
enim ex se caro, nisi quædam peccatorum infinitudo: fomes siquidem, id est, inge-
nita concupiscentia, radix omnium malorum est. Decimaseptima:

1. Cor. 13.

Hospitales

30 " Hospitalis inuicem sine murmuratione.] Philoxeniam commendat, quæ est amicitia erga externos & peregrinos, quæ & hospitalitas dicitur: quæ non tam impletur ex susceptione in materiali ædificio, & exhibitione materialis cibi & potus, quæ ex susceptione in spirituali ædificio, cuius hospita quæ suscipit, est charitas, & alimenta quæ ministrat, sunt alimenta fidei & spiritus, quæ sunt amicitia, beneficentia, & sanctus fidei sermo, per charitatem exhibita, & alimēta, necessaria corporis quantum facultates & quoad possunt pro hospitum indigentia, & id charitas uult, & fidei spiritus, ut sine murmuratione suscipientium, & etiam susceptorum fiat. Alioqui φιλοξενία dīci non posset, quæ ex amicitia & dilectione nō procederet: quandoquidem nihil aliud sonat uocabulum, quæ amicitiae affectum erga peregrinos. Decima octaua:

31 " Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei. Si quis loquitur quasi sermones dei. Si quis ministrat, tanquam ex uirtute, quam administrat deus, ut in omnibus honorificetur deus per IESVM CHRISTVM. Cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.] Hæc exhortatio docet unumquemque spiritualem uirum se ipsum metiri, non seipsum attendendo, sed charisma spirituale donum, spiritualeque gratiam quam à deo consequutus est, non sibi, suisque uiribus tribuendo quicquam, sed deo, uirtutique diuinæ. Et huiusmodi gratias debet alius in alium siue domesticum & indigenam, siue peregrinum & aduenam uicissim transfundere: tanquam boni dispensatores uarie & multiplicis gratiæ dei, qui uarie diffundit ut uult, in uno gratiam sermonis, in alio gratiam subministrationis & subuentiōnis aliorum necessitatibus. Proinde qui gratiæ sermonis & doctrinæ consequutus est, doceat, exhortetur, loquatur sermones nō tanquam suos, sed tanquam dei sermones. Qui uero administrationis donum, id est, gratiam consequutus est, ministret nō tanquam ex se & propria uirtute, robore, fortitudine, sed tāquam ex ea quam illi indulxit deus. Et homo non se respiciat, non uane glorietur, non intumescat, ingratuus deo qui donum largitus est: sed solus deus in omnibus donis suis & suorum do- norum functionibus glorificetur per IESVM CHRISTVM dominum nostrum, per quem, & in quo regeniti gloriofa cōsequimur dona. Cui est gloria et imperium in secula seculorum Amen. Deinde exhortatur eos ad quos scribit Petrus: ad patientiam in ihs tribulationibus quæ illis superuenturæ erant, imò & quæ de proximo illis imminebāt, ut illo persequitio cum igne ueluti aurum probarentur, eos prædictione & prophetia præmuniens ne in tribulationibus deficiant, sed patientia & spe in deo, uere euadant uictores. Undevigesima:

32 " Charissimi, nolite peregrinari in feruore qui ad tentationē uobis fit, quasi noui aliquid uobis contingat: sed communicantes CHRISTI passionibus gaudete, & ut in reuelatione gloriæ eius gaudeatis, exultantes. Si exprobramini in nomine CHRISTI, beatū eritis: quoniam quod est honoris, gloriæ, & uirtutis dei, & qui est eius spiritus, super uos requiescat. Nemo autem uestrum patiatur quasi homocida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem ut christianus non erubescat: glorificet autem deum in isto nomine, quoniam tempus est ut incipiat iudicium à domo dei. Si autem primum à nobis, quis finis eorum qui non credunt dei euangeliō: Et si iustus quidē uix saluabitur, impius & peccator ubi parebunt? Itaque & hi qui patiuntur secundum uoluntatem dei, fidelī creatori commendant animas suas in benefactis.] Charissimi, nolite peregrinari in feruore qui ad tentationē uobis fit: sic Græce, οὐ γε πητόι, μὴ ἔνι λοιπέ τῇ εὐημέρᾳ πνεύσσεται, id est, Plusque dilecti, nolite admirari, nolite attoniti fieri in aestuatione, in incēdio tribulationum, quod ad probationem uestrā fit, ut admirari, attonitique reddi solēt ī quibus noua,

Cap. IIII. IACOBI FABRI STAPVLENSIS COMMENT.

repentina & inopinata mala superueniunt: sed ferte patienter, et gaudete potius.
Primo: Quia haec patienter, laeto, aequoq; animo sustinentes, eritis communicates
passionibus CHRISTI, id est, cum ipso communes habentes passiones, commu-
nemq; crucis, ipsumq; imitantes, qui omni confusione contempta cum gaudio ba-
silauit sibi cricem: & id pro nobis, ut per id aeterna redemptione inuenta, relin-
queret nobis exemplum patientiae et imitationis, utq; id ipsum cum eo commune
haberemus quod patienter tribulationes feramus, & ut ipse pro nobis, & nos
quoq; eius amore libenter patiamur, quibus tandem multum bonum accedit, &
tantum bonum, ut in reuelatione, praesentia, & aduentu gloriae eius (quod parti-
culariter erit in transitu cuiusq; ex hoc mundo, & uniuersaliter omnium & maxi-
me insigniter in die nouissimo) gaudeamus & exultemus gaudio inenarrabili &
leticia sempiterna. Secundo: Quia si contumelij afficiuntur in nomine domini no-
stri IESU CHRISTI, quod illum confiteamur, beati sumus: quoniam spiritus glo-
riae, spiritus honoris, qui est spiritus dei, super nos requiescit, qui infundit nobis
gratiam patientiae, & in tribulationibus, consolationis. Tertio: Patienter & exul-
tanter sufferre debemus: cum nemo tunc nostrum patiatur ut homicida, aut fur,
aut facinorosus, aut ut alienae rei curiosus explorator, sed ut christianus, quodq;
talis dicitur. Si autem ut christianus, non erubescat hoc nomine contumelij & op-
probris affici & incessi, sed glorificet deum quod in hoc nomine patitur ut is qui
est CHRISTI, & is qui CHRISTI nomen portat. Quartum: Est praedictio & pro-
phetia, quia iam tempus adest in quo iudicium perseguitionum incipiet a domo
dei, qui sunt fideles CHRISTVM confitentes. Et qui in hoc tribulationum igne,
in hoc perseguitionum examine probati omni patientia sustinuerunt, saluabuntur.
Si ergo perseguitionum & afflictionum iudicium primum a nobis, id est a fide-
libus qui euangelio credimus, incipiet: quis finis, quis exitus eorum qui euangelio
non credunt, id est, qui fidem non habent, aut qui ad infidelitatem relabuntur? Quo-
modo diuinas euadent manus, quomodo vindictam & ultionem? Et si uix, & non
absq; periculo iustus, id est, fidelis in his tribulationibus quae superuenturae sunt,
saluabitur & euadet, impius & peccator, id est infideles, aut ad uitia carnis & infi-
delitatem relabentes, aut in probationibus ipsis deficientes, cum saeuerit manus
ultrix dei, ubi parebunt? Et hoc siue in hoc mundo punire uelit, siue altero, siue in
utroq;. Et hanc sententiam Petri: Et si iustus quidem uix saluabitur, impius & pec-
cator ubi parebunt intellige de salute a tribulationibus, a quibus tribulationibus
in hoc mundo uix iusti & fideles immunes sunt. Nam (ut alio quoq; loco dicitur)

Heb.12. Quem diligit dominus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit. Sed
inquieris: Vnde id intelligam? Sanè ex calce capitis undecimi prouerbiorum, ubi
dicitur: Si iustus in terra recipit, quanto maius impius & peccator? Nam suam ex-
hoc loco hic uidetur Petrus depromere sententiam. Et subdit: Proinde hi qui se-
cundum voluntatem dei tribulationibus probantur: fidelis creatori commendent
animas, nihil sibi fidentes, sed deo, & eius implorato auxilio patienter ferendo, &
quaecunq; possunt bona operando, uoluntati eius omnia committentes in se (ut dicitur)
nihil, sed in eo per omnia fidentes qui fidelis est, & non derelinquit in se
sperantes, & uires suggestit ad uincendū, & pro uictoria quam ipse donat dat gra-
tia, dat misericordia suae praemiuū illam agnoscenti, & coronam gloriae sempiter-
nam. Et ipse pater coelestis est gloriae largitor, qui omnia largitur nobis in CHRISTO & per CHRISTVM. Cui per CHRISTVM & cum CHRISTO gloria, ho-
nor, potestas, maiestas, decus & imperium in omnia secula seculorum. Amen

CAPUT.

CAPUT QVINTVM.



- 53 [Eniores] ergo qui in uobis sunt obsecro, [consenior] & testis C H R I S T I passionū, qui & eius quæ in futuro reuelāda est, gloriæ cōmunicator:] Pascite qui in uobis est gregem [dei, prouidentes] non coacte sed spontanee — secundum deum, neq; turpis lucri gratia, sed [uoluntarie:] neq; ut dominantes [in cleris,] sed [forma] facti gregis — ex animo. Et quum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcessibilem gloriæ coronā. Similiter adoleſcētes, subditi estote senioribus. Omnes [eī] inuicem [humilitatē] insinuate: quia dominus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Humiliamini igitur sub potenti manu dei, ut uos exaltet in tempore [uisitationis:] omnem solitudinem uestram projcentes in eum, quoniā ipsi cura est de uobis. Sobrii estote, & uigilate, quia [aduersarius] uester diabolus tanquam leo rugiens, circumit quaerens quem [deuoret.] Cui resistite & fortes in fide, sciētes eandem passionē ei quæ in mundo est, uestræ fraternitat[i fieri.] Deus autem omnis gratiæ, qui uocauit nos in æternā suam gloriam in C H R I S T O I E S V, modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitq;. Ipsi gloria & imperiū in secula seculorū. Amē.
- 37 Per Syluanum fidelem fratrem uobis, ut arbitror, [breuiter] scripsi, obsecrans & contestans hanc esse ueram gratiam dei, in qua & statis. Salutat uos ecclesia quæ est in Babylone [collecta,] & Marcus filius meus. Salutate inuicem in osculo [sancto. Gratia] uobis omnibus, qui estis in C H R I S T O I E S V. Amen.

COMMENT. IN CAP. QVINTVM.

ROSE QVIT VR uicesimam adhortationem Petrus apostolus ad presbyteros, id est episcopos, de quorum sorte ipse erat attinendum, quæ est hæc:

Seniores ergo qui in uobis sunt obsecro, consenior & testis C H R I S T I passionum, qui & eius quæ in futuro reuelanda est gloriæ cōmunicator; Pascite qui in uobis est gregem dei, prouidentes non coacte, sed

ANNOT.

presbyteros, πρεσβυτέρους.
una presbyter, συμπρεσβύτερος.

socii, consors, κοινωνοί.
Christi intendentis, χριστιανοὶ προστάτες.

prompte, πρόθυμοι.
in clericos, aduersus, κατὰ ιλλήσων. formæ, exempla, τύποι.

subjecti, ὑποτασσόμενοι. humilitatē animi, ταπενοφροσύνη.

competitor, αντίδικος.

deglutiat, καταπίῃ.
firmi fide, scientes easdem passiones, οἱ περι τῇ πίστε, εἰδότες τὸν αὐτὸν παθομάτων. finiri, perfici, ἐπιτελέσθαι.

paucis, διολίγων.

coelesta, συνεκλεκτά.
dilectionis. Pax, ἀγάπη, εἰρήνη,



Cap. V. IACOBI FABRI STAPVLENSIS COMMENT.

spontaneè secundum deum, neq; turpis lucri gratia, sed uoluntarie, neq; ut domi-
nantes in cleris, sed forma facta gregis ex animo. Et cum apparuerit princeps pa-
storum, percipietis immarcessibilem gloriae coronam.] Sententia huiusmodi est:
Ego Petrus, presbyteros qui inter uos sunt obsecro & ipse pariter presbyter, te-
stis passionum, id est afflictionum, opprobiorum, irrisiōnum, flagellorum, & deniq;
mortis C H R I S T I, & particeps futuræ gloriae quæ reuelabitur: obsecro inquam
uos, pascite gregem C H R I S T I qui in uobis est. Sed quo cibo: Verbo perfecto
dei, euangelicoq; pabulo. Magna benignitas Petri, qui è primis erat apostolorum,
qui omnibus interfuerat C H R I S T I gestis & afflictionibus, qui & de coro-
na gloria à C H R I S T O iam factus erat certior: tam benigne, tam humiliter pre-
cari & obsecrare symmyistas suos, iquos apostolorum ordinatio instituerat. Sed
Matth. 11. hæc benignitas & humilitas uere erat eius quæ Christi est æmula, qui dixit: Disci-
te à me quia mitis sum, & humilis corde. Et egregie Petrus, et si arte piscator, didi-
cerat discipulus nō hominis solū, sed dei: nō carnis, sed spiritus. Sic presbyteri, sic
episcopi, qui spiritu sancto afflati sunt & docti, mites sunt, humiles, & benigni.
Et quid est testis passionis Christi, nisi ex præsentia testis, insuper uerbo testis, te-
stis opere & imitatione, fatigations, labores, persequitiones indefesse, fortiter et
æquanimiter ubiq; ferendo? Quid futuræ gloriae quæ reuelabit, siue quæ reuelanda
est, nisi futuræ gloriae nō in hoc mundo, sed cōtinuo post exacta huius uitæ munia,
et maxime in nouissima regeneratione, cū sederit filius hominis in sede maiestatis
sue, & receperit unusquisq; iuxta opera sua mercedē misericordiae dei & gratiæ,
in iusto dei iudicio? Hæc futura gloria, quodammodo bis est futura: in egressu ut
delicet huius seculi, & in consummatione seculi. Illuc futura in anima, istuc insigni-
ter & consummate in corpore & anima reuelanda. Quid est, pascite gregem Christi
qui in uobis est, nisi qui uobis cōmissus est tanq; pastoribus ad pascendū? Sed quæ
alimonia: quo cibo: Doctrina sanè coelesti, & uitæ æternæ, et (ut iam dictū est) do-
ctrina euangelica, puroq; dei uerbo. Nā oues Christi nō nouerunt uocē alienorū,
nolunt ad alium duci, nisi ad solum Christum: nolunt alium prædicari, sed solum
Christum. Et quomodo id faciendum, aperit: Si gregi superintendant, & eū mo-
derentur non coacte, sed uoluntarie, non ab turpe lucrum, sed prompto animo &
charitate, non dominantes, non dominium exercentes in eos qui ad sortem & hæ-
reditatem æternā uocati sunt, quibus diuina ordinatione præfecti sunt pastores,
sed fiant exemplaria gregis, Christum imitantantes, qui non uenit ministrari sed mi-
Matth. 10. nistrare, & dare animam suam redemptionem pro multis. Et si ita gregem pau-
runt: cum apparuerit C H R I S T U S pastorum princeps, reportabūt immarcessibile
gloriae coronā. Et hæc paraclesis et exhortatio qua exhortat, ne coacte intendant
gregi, ne ob turpe lucrum, neq; ceu dominantes in clerros, in sortes & hæreditates
C H R I S T I præsent: non tam ad eos ad quos scribebat pertinet, quām præmunit
eos qui futuri erant presbyteri siue episcopi, quo nō coacte alimoniā uitalis euangeli-
cæq; doctrinæ præstarent, sed in fide & charitate, quo non sectarentur turpe
lucrum, uelut mercenarij & negotiatores, quo non essent ambitiosi honoris, non
dominij, nō se eleuarēt, nō superbirēt aduersus clerros, id est sortes domini (quod
tam ad populum & eos qui subsunt, quām eos qui in doctrina præsunt pertinet)
non inquam dominarentur et insolecerent in eos qui doctrinā pascuntur, tanquā
• gressus suus esset, non Christi quod ipse aliquando futurum spiritu propheticō præ-
uidebat. Cum pastoris secularis officium sit pascere gregem, non sibi, sed patrifamilias:
etsi quicquam interit aut deperit in eius manus patrifamilias de omnibus
rationem reddit. Sic agnoscitur uerus paterfamilias, & fideles presbyteri & epis-
copi, pastores, uel uerius ministri ueri pastoris, qui solus omnia pascit, sic & ple-
bes, sortes

bes, sortes dei illis commissæ, greges C H R I S T I , qui idē solus est pastor bonus, pastor ille uerus, princeps pastorum, & paterfamilias tanto cæteris melior, quanto hominē deus, qui pastores coacte pascentes non uult. & quid eos uellet, quando ne terreni quidē tales uellent: necq; mercenarios, qui turpiter lucro inhiantes, ex grege domini sui solum lucrum quærant: necq; eos qui quæ domini sunt, sua faciant, dominium & tyrannidem in gregem exerceant: qui omnes non spirituales pastores, sed carnales sunt lupi, sese spirituales mentientes, in quos & ipse uerus pastor seuere animaduertet, præcipitatus tandem eos in ultimum mortis æternæ supplicium. Sapientes igitur ij erunt qui prædictam Petri suscipient adhortationem, non tanquā ab homine, sed à spiritu C H R I S T I , sicuti uere est, uere pronunciata.

34 Similiter adolescentes subditi estote senioribus. Omnes enim inuicem humiliatatem insinuate: quia dominus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.] Præcedens exhortatio fuit de senioribus, id est presbyteris & episcopis, præsens, est de iunioribus, qui siue sint diaconi, quorum officiū erat ministrare episcopis, & pīs intendere officijs ab eo ordinatis, siue sint neophyti, qui ad fidei doctrinā adducuntur, merito iubet illos episcopis subditos esse, & sanctis ipsorum parere iussis. Est etiam & de omnibus alijs, omnes, alius alij, ut par est, per charitatem & christianam humilitatem in sint subiecti, profundam spiritus humilitatem præ se ferentes, quia scriptum est: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiā. Et hi sunt humiles spiritu, sicut illi, spiritu superbiae inflati. Vicesimaprima:

35 Humiliamini igitur sub potenti manu dei, ut uos exalte in tempore uisitationis, omnem solicitudinem uestram projicientes in eum, quoniam ipsi cura est de uobis.] Hæc humilitas spiritus, quæ ad omnes tam episcopos, quam diaconos, quam neophytes, & reliquos omnes, cuiuscunq; status sint aut conditionis pertinere debet, sola dei contemplatione, & immensæ eius potentiæ & maiestatis pendet. Quæ autem humana respicit, potius assentatio, simulatio, quam humilitas est. Et illa, non hac nos iubet Petrus humiliari, imo semper esse humiles, deū semper attendendo, & nunquam ipsum præ oculis in omni aut uerbo aut facto nō habendo. Et qui se hoc modo humiliat, exaltabuntur à deo in tempore uisitationis, siue particularis exitus nostri ex hoc mundo, siue in extremo iudicio. Verum non ad hoc se humiliare debent qui se humiliant ut exaltentur, nam solū deum, non se respicere debent: sed quia tantæ potentiæ, tantæ maiestati, omnis uel profundissima, & (ut ita dicam) si fieri posset abyssalis debetur humilitas, sine qua nō exaltat, qui solum sua gratia, bonitate & uoluntate exaltat quicquid exaltat: quia sic est eius sanctum beneplacitum, ut qui se exaltat humilietur, & qui se humiliat exaltetur. Et qui se uere & profunde humiliant, omnem curam & solicitudinem suam in deū reñciunt, ab eo in omnibus pendentes qui potentissimus est, siue ea spiritualia sint, siue terrena, quia eius sunt, & ab eo sunt omnia. Et id quidem non ab re faciunt, quia deo de omnibus, & maxime de huiusmodi qui uere fideles sunt, filij & haeres cura est. Quid enim ditiissimo, optimo, potentissimo patri non fiderent? Et tales uult Petrus esse uere humiles, talesq; sunt humiles spiritu. Vicesimatertia:

36 Sobrij estote & uigilate, quia aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiens circuit, querens quem deuoret. Cui resistite, fortis in fide, sciētes eandem passionem ei quæ in mundo est, uestræ fraternitati fieri. Deus autem omnis gratiæ, qui uocauit nos in æternam suam gloriam in C H R I S T O I E S V, modicum passos ipse perficiet, consummabit, solidabitq;. Ipsí gloria, & imperium in secula seculorum. Amen.] Hæc exhortatio ad omnes pertinet fideles, et si maxime ad eos qui tempore persecutionum erant, scribatur, quale fuit tempus Petri, & quod fermè ad

Iaco. 4.

Matth. 23.

Matth. 26. regnum usq; Constantini sequutum est, quos sobrios, temperatos, & castos cor-
 pore & mente esse iubet, quod facit spiritus fidei, quodc; ad fidem pertinet, & er-
 ga deum uigiles & attētos, quod maxime in oratione fieri debet. Vigilate (inquit
 dominus) & orate, ne intretis in temptationem. Et quæ enim sobrietas, temperatia,
 & castitas corporis & mentis maior ea quam parit uerbum dei, doctrina euange-
 lij, doctrina fidei per spiritum C H R I S T I: quæ quidē fides C H R I S T I, quamdiu
2. Corinth. 11. inconcussa & inuiolata seruatur, facit nos C H R I S T I uirgines. Despondi em uos
 (inquit apostolus) uni uiro uirginem castam exhibere C H R I S T O. Ut enim inte-
 gritas & incorruptio corporis, est corporis uirginitas: sic integritas & incorru-
 ptio fidei, est mentis uirginitas. Vigilantia autem in fide & operibus fidei ad cu-
 stodiā nostrā nos tutos facit, & oratio ad deum auxilium desuper impetrans,
 nos defendit. Nec abs re sobrios & uigiles nos esse oportet, & magna ad hoc ip-
 sum nobis incumbit necessitas, quia aduersarius noster diabolus non dormit, nec
 dormitat, sed uigilans & sœuiens ad prædam tanquā leo rugiens circuit & obam-
 bulat, ut si quem inueniat dormientem in peccatis, aut ociosum, aut fide lapsum,
 debilem, infirmum, incautum, & auxilio desuper destitutum, deglutiāt, deuoret,
 absorbeat: ad quam quidē sobrietatem uigilantiam, & fidei integritatē uiolan-
 landam, omnibus insidijs & molitionibus tentat, & ad quam olim extinguedā,
 omne perseguitionum genus excitabat. Sed quid illis aduersus huiusmodi malis
 gni molitiones & perseguitionum turbines, & earum excitatorem diabolum fa-
 ciendum? Nihil sanè, nisi quod starent solidi in fide, tanquam immobiles colūnæ,
 diabolo insuperabile fidei suæ scutum obiçientes, & nequaquam perseguitioni
 bus succumbentes, cum scirent eas ipsas perseguitiones quæ fratres eorum, reli-
 quo uidelicet fideles in mundo premebat, cito finiendas, perficiendas, & cōsum-
 mandas. Et ne animo conciderent, ne se respicerent quasi de sua uirtute desperan-
 tes, aut in ea confidentes, sed deum omnis uictoriæ eorum salutis & liberationis
 autorem. Deus autem (inquit) omnis gratiæ, qui uocauit nos in æternam suā glo-
 riam in C H R I S T O I E S V, ipse modicū passos perficiet, cōfirmabit, solidabitq;
 Ipsi gloria & imperium in secula seculorum. Amen. Etsi quandoq; perseguicio-
 nes uisibilium hostium aduersus fideles non excitet dæmon, quanquam difficile
 est ut aduersus eos qui eiusmodi sunt, non excitet, nisi superiore potentia quæ dei
 est ligatus sit; si (inquam) non excitet, non putemus tamen eum dormitare, & non
 circuire & obambulare iugiter, quærendo quos deuoret. Et quia multos, non ut
 par est sobrios, multos dormientes & incautos inuenit, multo quoque plures illo
 tempore deuorat quam olim. Quare maxime nobis opus est, ut sobrij simus, ut ui-
 gilemus, ut fide solidi, insuperabili fidei scuto resistamus diabolo, & nouis bellis
 eius quæ bella non uidentur, sed crudeliora sunt omnibus perseguitionibus, sci-
 licet auaritiæ quæ omnimoda seculi est idololatria, ambitioni, simulationi, qui-
 bus uniuersus C H R I S T I opprimitur orbis, fides incestatur, uigilantia sopitur, et
 omnis oratio & deuotio quæ ad solum deum respicere debet extinguitur: neque
 ex nobisipsis qui nihil sumus, nisi peccatum quantum est ex nobis, qui nihil pos-
 sumus, sed ex deo hanc expectemus uictoriā, hanc defensionem nostram, qui-
 cunq; etiam & quantumcunq; uigilans, uictor euaserit. Illi ergo soli qui sua sola
 bonitate nos uocauit in C H R I S T O I E S V, & uincit in uincitibus; honor, gloria
 & imperium in infinita seculorum secula. Amen. Sic in laude & gratiarum actione
 finiens Petrus, quo ad præcipuas eius partes suam epistolam: nunc per quem epि-
 stolam misit ad uarias hinc inde dispersas ecclesiās aperit, dicens:

37 Per Syluanum fidelem fratrem uobis, ut arbitror, breuiter scripsi, obsecras &
 contestans hanc esse ueram gratiā dei, in qua & statis.] Syluanus & Timotheus
 comites

comites erant Petri & Pauli, & ubi oportebat, ad fidelium ecclesiās, & ad earum confirmationem erant fideles tabellarij. Et contestatur illis ecclesijs Petrus, fidē C H R I S T I in qua stabant, ueram esse dei gratiam & donum desuper, quod etiam omne excellit donum, ne quid sibi tribuerent, sed totum gratiæ & misericordiæ C H R I S T I referrēt acceptum. Quas & obsecrat & hortatur quantum potest ut apostolus, & à deo ad uerbum ipsius fideliter annunciatum missus, ut in illa uera & admirabili dei gratia, doctrinæ euangelica stent. Et tandem epistolæ finem faciens, in salutatione & sua & ecclesiæ cui in persona præterat, & in sancta impreca tione suam terminat epistolam, sic inquiens:

38. Salutat uos ecclesia quæ est in Babylone collecta: & Marcus filius meus. Salu tate inuicem in osculo sancto. Gratia uobis omnibus qui estis in C H R I S T O I E S V. Amen.] Per Babylonem, eum Romanum intelligere uolunt: sic eam in spiritu nuncupando, & conditionem illius tempestatis exprimendo, mundi huius habe nas, male aurigante Nerone. Siquidem Babylon confusionem sonat. Faxit deus, ut temporibus nostris C H R I S T U M uere agnoscendo, ipsa neq; nomen sibi re tineat, neq; nominis quicquam applaudat, sed sit noua Hierusalē, ciuitas sancta, latus aquilonis, ciuitas regis magni. Vbicunque sanè C H R I S T U S non regnat, ubi solus deus non colit, ubi fides & spíritus fidei non agitat, Babylon est: ibi rex Babylonis lucifer, qui de cœlo cecidit, regnat. Marcus ille, est Marcus euangeli sta, est qui & creditur ex historiæ antiquitate euangelium Romæ scripsisse. Satis nobis est ut credamus scripsisse euangelium, ad id ipsum spíritu eum impellente: ubi autem alioqui, deo sit relictum, quem appellat Petrus filium: quia (ut uerissimi le est) eum genuerat & acquisierat C H R I S T O. Apud cuius matrē tempore per sequotionis Herodis, ut Act. 12. scribitur, multi fidelium se recipiebant. Saluatio in osculo sancto, in osculo puro & spírituali, & nihil carnale habente, quod signifi cat unionē, coniunctionemq; in illibata fide, quod & indicium est unitatis & pa cis æternæ, quam & subinde eis omnibus imprecatur Petrus qui in Christo fide les sunt. Quales ad suam quidem gloriam, huius pacis & gatiæ participes nos fa ciat pater domini nostri I E S V C H R I S T I, cui est omnis potestas in cœlo & in terra, cui insuper cū filio eius domino nostro, & spíritu sancto omnis honor, decus, imperium & gratiarum actio in secula seculorum. Amen.

COMMENTARII IN EPISTOLAM CANONICAM PETRI
priorem ad honorem domini nostri Iesu Christi, finis.

EPISTOLA BEATI PETTI APOSTOLI SECUNDA.

CAPVT PRIMVM.

ANNOT.



[I M O N] Petrus seruus &
apostolus I E S V C H R I
S T I, his qui coequalem no
biscum sortiti sunt fidē in iu
stitia dei nostri & saluatoris
I E S V C H R I S T I: gratia uo
bis & pax adimpleat in cognitione dei & Chri
sti Iesu domini nostri. [Quo modo omnia no

Simeon, σιμέων.

Sicut omnia nobis diuina potes
tas eius, quæ ad uitam & pietas

K